

ARTICULUS XXV

DE DEI UNITATE

| Viso de Dei entitate, sequitur de eius unitate. Et circa hoc
quaeruntur duo. Primum est de eius unitate simpliciter et absolute,
5 utrum sit unus; secundum vero est de praeeminentia unitatis, utrum
scilicet sit summe unus; quorum secundum dependet ex divina simplici-
tate. Cum enim ratio unitatis propria est ratio indivisionis, ex hoc est
summe unus quod est summe simplex, et ita summe indivisus, ut infra
est determinandum, cum de Dei simplicitate determinabitur. Ex illo
10 enim patebit ille articulus.

Bad. 147^{r2}
Scarp. 376

Circa unitatem Dei simpliciter quaeruntur | tria. Primum, utrum
Deus sit unus; secundum, utrum Deus sit tantum unus; tertium, utrum
sit possibile esse plures deos quam unum.

T^r 122^{va}

<QUAESTIO 1

UTRUM DEUS SIT UNUS>

| Circa primum arguitur quod Deus non sit unus.

Primo sic. Nullus defectus vel privatio convenit Deo, quia est ens
5 summe in actu. Unum dicit ens sub privatione, secundum PHILOSO-
PHUM III^o, IV^o et X^o M e t a p h y s i c a e . Ergo etc.

Bad. 147^{rA}
Scarp. 377^a

Secundo sic. Quod maxime dicit rationem finitationis et limitatio-
nis, minime convenit infinito. Deus est infinitus, ut infra patebit; unum
autem dicit finitationem et limitationem. Ergo etc.

10 Tertio sic. Principium accidentis quod est de essentia eius accidens
est. Unitas est principium numeri qui est | species quantitatis et de eius

K^r 153^{va}

essentia, ergo est accidens. In Deo nullum cadit accidens, ergo nec unitas. Non est ergo unus.

R' 78^a Quarto sic. Cui non convenit divisum,| nec aliquod dividendum. 15
 Ens quod praedicatur de decem praedicamentis dividitur in unum et multum, secundum PHILOSOPHUM in XI^o Metaphysicae. Illud autem ens non convenit Deo, ut habitum est supra et amplius infra dicetur; ergo neque unum, cum sit divisivum eius.

In contrarium est DIONYSIUS cum dicit ultimo capitulo De divinis nominibus: «*Nihil est existentium non participans uno*». Sed 20
 quod in entibus participatum est, dignitatis cuiusmodi est unitas, ut iam dicetur, est in Deo per essentiam, ut videbitur infra. Ergo Deus est unum et essentialiter unus.

<SOLUTIO>

Bad. 147^b | In hac quaestione, sicut et in qualibet alia, oportet primo scire 25
 quid dicitur per nomen. Cum igitur supra visum est quid dicitur hoc nomine 'Deus', restat | hic primo videre quid dicitur hoc nomine 'unus'. Sciendum ergo quod secundum PHILOSOPHUM et COMMENTATOREM X^o Metaphysicae «idem est modus *consecutionis* entis et unius ad 30
 praedicamenta» et «*aequaliter dividuntur praedicamenta secundum ea, sicut enim dicimus quod ens dividitur per substantiam, quantitatem, qualitatem; et sic | de aliis, sic et unum*». Et hoc ideo quia ut dicit in IV^o e i u s d e m, «*non significat unum aliud re ab ente*». «*Sermo enim dicentis homo unus aut homo ens non significat diversa*». Et ideo sicut supra dictum est de ente quod significat de 35
 re essentiam eius et naturam, non dispositionem aliquam realem aliam additam essentiae rei, | sicut est dispositio in albo et nigro, | similiter est de uno quod est convertibile cum ente, quod scilicet significat de re 40
 essentiam eius et naturam, non dispositionem aliquam realem aliam additam essentiae rei, ita quod substantia cuiuslibet rei est una per se essentialiter, non per rem additam ipsi, ut omnino sit «*eadem ratio realis rei et unius rei, sicut hominis et unius hominis*», ut dicitur in E l e n c h i s.

P' 149^{va} Unde et AVICENNA, qui dicit in II^o Metaphysicae quod 45
 unum significat aliud ab ente, quia «*non recipitur in certificatione quidditatis alicuius*», et ideo «*unitas est intentio quae est accidens*», dicit ibidem quod unitas «*est esse quod non dividitur, sic quod esse est de essentia unitatis, non subiectum eis*». Ex quo plane patet quod AVICENNA posuit cum PHILOSOPHO quod «*unum non significat re aliud ab ente*», et ita quod non significat accidens additum enti, sicut est «*dispositio in albo et nigro*», ut imposuit ei 45
 AVERROIS, sed quod significat aliam intentionem additam intentioni |

50 entis, quam secundum modum suum loquendi appellat 'accidens', vo- Bad. 147^{vB}
 cando 'accidens rei' omne quod convenit rei extra certitudinem
 quidditatis et intentionis eius. Et si hoc contingit in creaturis, |
 consimiliter et in Deo multo fortius contingit, quod scilicet essentia sua
 ex se essentialiter est una sicut est ens, ut semper eodem ordine currant
 55 esse rei essenziale | et unitas quae cum ipso convertitur. Et sic omnino J' 56^{ra}
 eadem via concedendum est quod Deus sit unus qua | conceditur quod I' 109^{rb}
 sit ens. Dicit enim BOETHIUS Super Porphyrium quod «omne
 quod est, ideo est quia unum numero est», et De consolatione:
 «Omne quod est tamdiu manet atque consistit quamdiu unitatem retinet, et
 60 necesse est *interire atque dissolvi*, cum unum esse desierit». Et De
 unitate et uno: «*Tamdiu est quicquid est, quamdiu in se | unitas est. Cum*
autem desierit esse unum, desinit esse id quod est.» Bad. 147^{vC}

Postquam ergo supra concessum est Deum esse, secundum
 eundem modum concedendum est ipsum esse unum. Unde ex declarati-
 65 one qua supra declaratum est Deum esse, patet declaratio quomodo
 ponendum est Deum esse unum. Ut tamen sciamus | diversitatem inter
 quaestionem de uno et de ente circa Deum, sciendum quod licet idem
 significant unum et ens, quia essentiam rei, «*non dispositiones aliquas additas*
essentiae, ipsam tamen», ut dicit COMMENTATOR super IV^o M e t a p h y -
 70 s i c a e , «*significant secundum diversos modos*», ita quod modus significationis
 entis a quo imponitur ad significandum rei essentiam simplicior est
 quam modus significationis unius, quia ens imponitur ab actu essendi
 absoluto et positivo, unum autem in | significato suo includit significa- Scarp. 378^a
 tum entis cum determinatione; non dico addente super ens rem aliquam
 75 aliam ab illa quae significatur nomine entis, sed solum addit unum in
 suo significato super significatum entis modum significandi. Aliter enim
 esse unum nullo modo Deo conveniret, quia in ipso super suum esse
 non cadit determinatio neque compositio, ut infra patebit. Et ille modus
 significandi quem addit non est positivus, sed privativus solum, non
 80 privando aliquid positive dictum. Aliter enim adhuc Deo nullo modo
 conveniret | esse unum, quia esse eius omni defectu et privatione caret.
 Sed modus ille significandi quem addit unum | super ens est modus
 privativus, privando solum aliquid negative dictum, cuius privatio veris-
 sime Deo convenit. Et sic unum significat ens carens privatione illa quae
 85 significatur realiter nomine multitudinis, licet modo positivo. A Deo
 autem, quia est puris|simus et perfectissimus actus, ut infra patebit,
 verissime omnis ratio defectus et privationis removetur, ut ideo veris-
 sime poterit | dici unus, sicut et ens. Bad. 147^{vD}

90 Ad cuius intellectum et ad dissolutionem primi argumenti, scien-
 dum quod secundum PHILOSOPHUM VIII^o M e t a p h y s i c a e , «*Nullus*

- K' 154^a | potest imponere *nomen* nisi qui novit rem». Et ideo secundum modum quo res cognoscamus, nomina eis imponimus. Nunc autem aliquando contingit quod nobis in multis notius est id quod secundum veritatem privatio est quam habitus sibi contrarius. In compositis enim ex materia et forma unio partium secundum rei veritatem habitus quidam est a forma rei partes continentae, et significatur nomine unius. Divisio autem eorum secundum rei veritatem est privatio illius habitus, et significatur nomine multitudinis, unde multum est ens in se aliquo modo divisum. Unum vero est ens in se indivisum, et ideo dicit BOETHIUS De unitate et uno: «Cum forma materiae unitur, necessario ex coniunctione utriusque, aliquid unum constituitur. In qua constitutione illud non permanet, nisi quamdiu unitas formam cum materia tenet. Ergo destructio rei non erit aliud quam separatio formae a materia, quae est unitioni contraria». Et propter hoc nihil eorum quae sunt appetit esse multa. 95
- Quia tamen notior est nobis rerum divisio et separatio secundum partes quam eorum unio, secundum quod nobis notius est compositum quam simplex, prout dicit PHILOSOPHUS in principio Physicae: «Sunt autem nobis primum manifesta et certa mixta et composita propria», ut dicit COMMENTATOR: «Causata sunt cognita apud nos», «causae autem sunt notiores / apud naturam, quia natura facit composita ex causis». 100
- Bad. 147^{vE} Nunc autem ita est quod notiora nobis potius ut habitus comprehendimus quam minus nota, propter quod frequenter id quod minus positivum, sed magis defectivam rem dicit, | significamus nomine 'habitus', et e converso quod rem magis positivam dicit, significamus nomine privationis, ut patet in divisione substantiae per corpoream et incorpoream; licet enim incorporeum magis ens positivum sit quam corporeum, quia tamen notius nobis est corporale quam incorporeum | spirituale, hoc nomine 'habitus' concipimus et exprimimus, illud e contra nomine privationis. Et secundum eundem modum nomen separationis significamus positive hoc nomine quod est 'divisio', nomen autem unionis significamus privative hoc nomine 'indivisio', licet ex parte rei sit e converso, quia significatum reale divisionis sit privativum, et significatum reale indivisionis sit positivum. Divisio enim seu multitudo nobis magis nota est et sensibilis quam indivisio seu unitas, ut dicit PHILOSOPHUS in X^o Metaphysicae. Quod verum | est secundum primum conceptum imaginativum, secundum autem verum conceptum intellectivum est e converso, secundum quod dicit AVICENNA in III^o Metaphysicae suae: «Videtur quod multitudo notior sit apud nostram imaginationem quam unum, et videtur quod unitas» «sit de hiis quae prius formamus. Prius enim imaginamur multitudinem, sed prius intelligimus unitatem». | 105
- Scarp. 378^b Unde | quia unum imponitur ad significandum indivisionem, | ut et 110
- I' 109^{va} 115
- P' 130^a 120
- 125
- Bad. 148^{vE} 130
- K' 154^{tb}
- T' 123^a

multum imponitur ad significandum divisionem, et divisio est privatio
 secundum rem, indivisio vero negatio divisionis non est nisi negatio
 privationis, et ita vera positio, unum igitur secundum rem significat
 135 positionem, secundum modum autem positionis significat negationem.
 Multum vero e converso secundum rem significat privationem, secun-
 dum vero modum nominis positionem. Significat enim unum positio-
 nem modo negationis, quia significat negationem negationis. Multum
 140 vero significat negationem modo positionis, quia significat affirmatio-
 nem negationis. Hinc evenit quod multitudo definitur per unitatem, | et A 107^{va}
 unitas per multitudinem, secundum quod dicit AVICENNA in III^o
 M e t a p h y s i c a e suae: «Unum est principium multitudinis» et «multitudo est
 id quod numeratur per unum». Unitas enim in intellectu discernitur et
 concipitur ut habitus cuius privatio est multitudo. Apud autem imagina-
 145 tivam, quae est principium intellectus, contingit e converso. Et ideo dicit
 AVICENNA ibidem: «Facimus autem eam cognosci multitudinem per unitatem
 cognitione intelligibili, et hic accipimus unitatem formatam in se ipsa, et a principis
 imaginationis; facimus cognosci per multitudinem inveniando in hoc intentionem
 imaginativam ad hoc ut inducat nos ad id quod tunc poterat nobis esse per se notum,
 150 sed non formabatur praesens in intellectu». Et ad istam intentionem unius |
 in quantum respicit informationem apud imaginativam fit impositio J' 56^{tb}
 unius, iuxta id quod ipsum definit PHILOSOPHUS cum dicit in III^o
 M e t a p h y s i c a e: «Unum est | indivisibile» «aliquod ens per se solitarium». Scarp. 379^a
 Et in X^o: «Essentia unius est ut non dividatur». Et COMMENTATOR dicit
 155 super IV^o: «Hoc nomen unum significat negationem et est privatio divisibilitatis».

<AD ARGUMENTA>

| Ad primum igitur patet per iam dicta: licet enim secundum
 modum nominis unum significat privationem, quia tamen illa non est
 nisi negationis, secundum rem nominis significat veram positionem,
 160 propter quod bene convenit Deo. De eo autem quod dicit privationem
 habitus vel | alicuius positivi intelligitur quod nulla privatio cadit in
 Deo. R' 78^{va}

Ad secundum, quod unum dicit rationem finitationis et limitatio-
 nis, | dicendum quod sicut duplex est infinitum, unum multitudine vel
 165 extensione, alterum essentia et vigore, sic duplex est finitatio et limitatio,
 una quae opponitur infinito et illimitato multitudine vel extensione,
 alterum quod opponitur infinito et illimitato essentia et vigore. Finitatio
 et limitatio secundo modo minime conveniunt Deo, quia ipse est infini-
 tus essentia et vigore, ut infra patebit. Finitatio autem et limitatio primo
 Bad. 148^{rf}
 Bad. 148^{rg}

K' 154 ^{va}	modo maxime Deo conveniunt, quia infinitas et illimitatio sunt ei	170
P' 130 ^{vb}	oppositae secundum partium multiplicationem, quae maxime Deo repugnat. In hoc enim divina natura est summe finita et limitata quod est summe una, summe simplex et id ipsum sine omni diversitate, secundum quod dixit DAVID in Psalmo: « <i>Tu autem idem ipse es</i> ». E	175
	contra infinitas numerorum per appositionem et magnitudinis, sive per appositionem sive per divisionem, summe illimitata et infinita est propter summam partium multitudinem et divisionem et carentiam unitatis atque simplicitatis. Unum autem limitationem et finitionem non dicit nisi oppositam tali infinitati et illimitationi per appositionem vel divisionem partium: non illi quae est per essentiam et vigorem;	180
I' 109 ^{vb}	immo causat illam, quia « <i>omnis virtus unita plus est infinita quam separata</i> », ut dicitur in Libro de causis. Et causatur ab unitate simplicitatis et ita a carentia diversitatis, quae causat dictam infinitatem et illimitationem, quae Deo non convenit, secundum quod dicit BOETHIUS De Trinitate: « <i>In Deo nulla est diversitas. Non est autem pluralitas sine diversitate,</i> quare <i>nec numerus est in Deo</i> », sed unitas tantum.	185
Bad. 148 th	Ad tertium, quod unitas accidens est, et similiter ad quartum, quod unum est divisivum entis quod commune est ad decem praedica- menta, dicendum quod triplex est unum, quoddam quod convertitur cum ente, non solum cum illo quod est analogum ad decem praedica- menta, sed etiam cum illo quod est analogum creatori et creaturae. Et tali unitate quaelibet res est una, sicut et ens per suam substantiam, non per aliquid additum ei. Si enim res esset una per aliquid aliud additum ei, tum illud additum quod facit aliud esse unum oportet quod sit in se	190
Scarp. 379 ^b	unum, et ita per aliquid aliud additum ei, si non sit unum per suam	195
T' 123 ^{vb}	substantiam, et erit abire in infinitum, aut standum in aliquo quod est unum per suam essentiam, et eadem ratione standum est in primo, sicut arguit Commentator super IV ^o Metaphysicae. Aliud vero est unum quod est principium numeri quantitatis discretiae. Tali unitate quaelibet res in qua est unitas est una per aliquid aliud additum substan- tiae suae, quod est accidens ei; per quod, ut dicit COMMENTATOR super IV ^o Metaphysicae, fuit AVICENNA deceptus. Credens enim quod tale esset unum quod convertitur cum ente, dixit quod unum illud dicit dispositionem additam essentiae rei, sicut est dispositio in albo et nigro. E converso autem PHYTAGORICI, credentes quod unum princi- pium numeri esset tale unum quale est illud quod convertitur cum ente, dixerunt quod unum principium numeri non significat nisi substantiam rei, et quia numerus componitur ex unitatibus, credide- runt quod numeri sunt substantiae rerum, et quod principia numeri essent principia rerum. Tertium vero est unum quod dividit ens contra	200
A 107 ^{vb}		205
P' 129 ^{va}		210
S' 63 ^{vb}		
K' 154 ^{vb}		

215 multum, et est pars illius unius quod convertitur cum ente. Unde et multum divisum contra hoc unum etiam est pars unius quod convertitur cum ente. Est enim unum eo modo quo est ens. Non est enim incon-

220 veniens quod illud | quod est indivisum uno modo atque unum sit divisum atque multum alio modo, sicut totum integrum, quod est unum et indivisum secundum formam totius, est multum et divisum secundum partes. «*Multum* enim nullo modo *esset ens* nisi aliquo modo esset unum», ut dicit AVICENNA III^o *Metaphysicae* suae. Et hoc modo omnis numerus est unum secundum aliquam speciem numeri, et

225 multum secundum partes, et quod amplius omne compositum ex partibus. Propter quod dicit DIONYSIUS ultimo *De divinis nominibus* quod «*non est multitudo nisi participans uno*». Unde et solummodo | «*illud est vere unum in quo nullus est numerus, nullumque | aliud praeterquam id quod est*», ut dicit BOETHIUS *De Trinitate*. Et hoc solum Deus est, ut infra dicitur.

Bad. 148^{vi}

P^r 130^{va}
Bad. 148^{vi}

Ad tertium ergo dicendum quod unum quod convertitur cum ente non est tale quale est illud quod est principium numeri, licet hoc credit AVICENNA, secundum quod imponit ei AVERROES. Et ideo licet Deus non sit unus unitate illa quae est principium numeri, quae est quantitas

230 discreta, bene tamen potest esse unum unitate quae convertitur cum ente, ut dictum est.

Ad quartum vero dicendum quod unum dividens ens contra multum, si intelligamus ens divisum solum illud quod consequitur praedicamenta, illud non convenit Deo. Sed | unum quod convenit Deo

235 est aliud unum, scilicet quod analogatur cum ente generali, quod scilicet est commune analogum creatori et illi enti quod consequitur decem praedicamenta. Si autem intelligamus illud ens generalius dictum dividi per unum et multum, illud unum divisum contra multum soli Deo convenit, cum nulla sit creatura quae non sit multa ex aliqua compositione in ipsa, ut infra exponendum est. Et est ista unitas Deo essentialis sicut sua entitas. Sed est intelligendum quod ista unitas potest considerari ut attribuitur Deo ratione | suae essentiae, ut est simpliciter essentia

240 ratione sui esse, et hoc modo de ipsa est | sermo in ista quaestione, vel potest considerari ut attribuitur Deo ratione actus subsistendi in suppositis, et sic de ipsa est sermo in duabus quaestionibus sequentibus. Ista enim quaestio de eius unitate terminatur ex eius entitate; secunda vero sequens, et similiter tertia, terminabitur ex eius subsistentia in suppositis. Quaestio vero de eius unitate exclusionem omnium multitudinis terminabitur loquendo de eius simplicitate inferius.

245

Scarp. 380^a

Scarp. 380^b
R^r 78^{vb}

<QUAESTIO 2

UTRUM DEUS SIT TANTUM UNUS>

Bad. 148 ^{VL} Scarp. 380 ^a	Circa secundum arguitur quod non sit tantum unus Deus, sed quod sint plures dii.	
	Primo sic. In omni genere entis quod est tale per participationem	5
K' 155 ^{va} I' 110 ^{ra}	reducitur ad illud quod non est tale per participationem, sed per essentiam. Sed multa sunt genera entium quae dicuntur esse talia per participationem, ut sunt sapientia, bonitas et cetera huiusmodi, quibus creaturae plures dicuntur esse sapientes, bonae et cetera huiusmodi per participationem. Ergo est similiter ponere plures qui sunt tales per	10
T' 123 ^{va} J' 56 ^{va} A 108 ^{ra}	essentiam, ut aliquem qui est bonus per essentiam et aliquem qui est sapiens per essentiam, et sic de ceteris; quilibet autem talium non est nisi deus. Ergo necesse est ponere quod sint plures dii.	
	Secundo sic. Plura bona paucioribus meliora sunt in qualibet natura boni, ut plures sapientes quam unus, plures boni quam unus, et sic de ceteris. Ergo plures dii boni meliores quam unus. Sed dicit AUGUSTINUS III° De libero arbitrio quod melius est ponere esse quam non esse, credendum est esse in universo. Item dicit quod de Deo semper sentiendum est quod est melius, credendum ergo et sentiendum potius quod sint plures dii boni quam quod unus solus.	15 20
Scarp. 380 ^b	Deinde arguitur quod sit ponere plures deos malos. Primo argumento Manichaei sic. Non est eadem causa habitus et privationis. Unde dicit AVICENNA I° Metaphysicae suae: « <i>Intentio essendi est ex causa quae est causa essendi, et intentio non essendi est ex causa quae est privatio causae intentionis essendi</i> ». Sed bonum, malum, lux, tenebra, corporale, incorporale, ens, non ens et cetera huiusmodi se habent sicut habitus et privatio. Ergo non sunt ex eadem causa, sed ex diversis. Sed «in quolibet ordine et genere causarum est ponere aliquod primum», secundum PHILOSOPHUM II° Metaphysicae. Ergo in ordine privationum est ponere aliquam primam causam omnium privationum, sicut in ordine habituum est ponere unam primam causam omnium effectuum positivorum, quarum una non habet esse ab alia, quia sunt contraria, et contrarium non est causa contrarii; et ita sunt ambo increata et aequae prima. Sed omnis causa increata Deus est. Ergo plures sunt dii, unus bonus et alter malus.	25 30
S' 64 ^{ra}		
Scarp. 381 ^a	Secundo sic. DAMASCENUS dicit libro IV°: « <i>Bonum et perniciosum sunt sui corruptiva et non subsistunt unum cum altero</i> ». Ergo si solum sit unus deus summe bonus in toto universo, nullum malum persistere	35

40 sineret. Cum ergo videmus quod plura mala persistunt in universo, tam
in peccatis et defectibus naturalibus quam in voluntariis, non ergo est
solum unus deus bonus qui non causat nisi bonum, nec quantum est de
se non permittit malum. Immo necesse est ponere alium deum malum
qui non causat nisi malum et quantum est de se destruit omne bonum,
contrariando in omnibus deo bono.

45 Tertio sic. Malum opponitur per se bono. Ergo et | maiori bono
opponitur maius malum, et summe bono summe malum. Nunc autem
vult PHILOSOPHUS in 1° Caeli et mundi quod «si unum opposito-
rum est in natura, et reliquum». Quare cum sit ponere in rerum natura
summe bonum, et illud non est nisi deus bonus, ergo similiter necesse
50 est ponere in rerum natura summe malum, quod non sit nisi deus malus.
Ad confirmationem autem huius dicti sui adducunt auctoritates Sacrae
Scripturae, ut recitat AUGUSTINUS in diversis libris suis. Dicitur enim 1^a
Ioannis III°: «*Qui facit peccatum ex diabolo est*», et hoc non nisi
tamquam ex primo principio mali. Ergo etc. Item Matthaei XV°
55 dicit Christus: «*Omnis plantatio quam non plantavit | Pater meus caelestis
eradicabitur*». Est igitur, ut dicunt, aliqua plantatio quam non plantavit
Pater caelestis quae ab ipso est eradicanda. Illa autem non est plantata
nisi a deo mali, Patri celesti contrario. Ergo etc. Item II^a Ad Corin-
thios III°: «*Deus huius saeculi excaecavit mentes infidelium*». Ille autem, ut
60 dicunt, non est nisi deus malus. Ergo etc. Item Ioannis XIV° dicit
Christus: «*Nunc princeps huius mundi eicietur foras*». Ille autem, ut dicunt,
non est nisi deus malus. Ergo etc.

In oppositum arguitur primo sic ratione divinae perfectionis. Ille
solus est Deus cui soli convenit quicquid Deo natum est convenire.
65 Unus solus est talis cui convenit quicquid Deo natum est convenire.
Ergo etc. Minor patet quoniam quae Deo nata sunt convenire, omnia
per superabundantiam dicuntur de eo. Secundum enim beatum DIONY-
SIUM, Deus non est bonus, sed super bonus, non est sapiens, sed super
sapiens, et sic | de ceteris huiusmodi. Quod autem per superabundan-
70 tiam dicitur, uni soli convenit. Ergo etc.

Secundo sic ratione potentiae, et est ratio ex dictis AVICENNAE 1°
Metaphysicae suae. Diversa adinvicem ordinata oportet ordinari |
per aliquod unum. Cum enim diversa in quantum huiusmodi ex se ipsis
omnino seiuncta sunt, ex se ipsis | in quantum huiusmodi ordinata et
75 coniuncta | esse non possunt nisi per accidens, quod necessario reduci-
tur ad aliquod per se. Omnes partes universi ab invicem diversae sunt et
tamen | ordine coniunctae per se et essentialiter, quia quaedam earum
moventur a quibusdam in suos fines, ut corpora inferiora a superioribus
et illa a substantiis separatis. Omnes ergo partes universi ordinantur et

K' 155^bBad. 149^{rl}I' 110^bA 108^bP' 131^aT' 123^{vb}
Scarp. 381^bR' 79^a

coniunguntur ad invicem per aliquod unum. Ille est quem vocamus Deum, qui ad finem suum a se intentum, qui ipse est, «omnia alia movet tamquam amatum et desideratum», ut PHILOSOPHUS vult. Ergo Deus unus est. 80

K' 155^{va} | Tertio ex eodem medio ratione morali, iuxta doctrinam PHILOSOPHI in IV° Politicae, arguitur sic. Mundus seu universum perfectissimus est, ut probat PHILOSOPHUS in I° Caeli et mundi, ergo debet esse ordinatissimus. Ordo autem mundi, ut vult in XI° Metaphysicae, est sicut exercitus ad principem et ducem, ergo debet mundus esse ordinatus ad modum ordinatissimi principatus. Principatus autem in communitate ordinatissimus est ille qui est monarchicus, in quo dominatur unus solus, ut probat in IV° Politicae, ergo ordo mundi debet esse ex principatu unius. Ille autem qui mundo uniuerso principatur Deus est. Ergo etc. 85 90

Quarto ex eodem medio arguitur, ex dicto AUGUSTINI III° De libero arbitrio, sic. Melius est fieri per unum quod unico potest fieri quam pluribus, aliter enim fieri est aliquid esse vanum et superfluum. Quod autem est melius esse quam non esse, hoc credendum est in mundo esse, ut dictum est per AUGUSTINUM. Ergo etc. 95

Quinto sic ratione dignitatis. «In quolibet genere rerum est unum primum principium quod est simplicissimum et mensura aliorum», ut «in melodiis *tonus*», sicut vult PHILOSOPHUS V° Metaphysicae. Esse est unum genus seu intentio una realis, in qua omnia conveniunt. Oportet ergo ponere unum primum ens simplicissimum et mensuram in esse aliorum. Hoc autem Deus est, ut dicit COMMENTATOR ibidem de primo in genere substantiae, ad quam reducuntur omnia genera accidentium. Ergo etc. 100 105

S' 64th Sexto sic ex eodem | medio, iuxta doctrinam beati DIONYSII cap.° 14° De divinis nominibus: «Semper *multitudo est participans uno*», sed omnis multitudo participans uno necessario reducitur ad id quod est unum non participatum, sed per suam essentiam, et hoc non est nisi Deus. Ergo etc. 110

J' 56th Septimo sic ratione operationis. Uni motui respondet unus motor, secundum PHILOSOPHUM V° Physicae. Sed tantum est unus motus primus regula et mensura omnium aliorum, ergo tantum est unus motor primus, secundum quod procedit demonstratio PHILOSOPHI in | VIII° Physicae. Ille autem non est nisi Deus. Ergo etc. 115

Scarp. 382^a Octavo sic. Arguit DAMASCENUS libro I°, cap.° | 5°, ratione regiminis universi sic: Si essent dii multi, essent contrarii et repugnantes, quia dignitas parem non patitur, et ita mundus ordine quieto non

120 gubernaretur ab eis. Nunc autem videmus eum quiete gubernari. Ergo
etc.

Ad hoc | sunt auctoritates Sacrae Scripturae: Deuteronomi
III^o: «*Neque est alius Deus vel in caelo vel in terra*»; item ibidem VI^o: «*Audi
Israel Dominus Deus tuus Deus unus est*»; item Psalmo XVII^o: «*Quis Deus
praeter Deum nostrum*»; item LXXXV^o: «*Tu es Deus solus*»; item Isaias
XLIV^o: «*Absque me | non est Deus*».

K' 155^{vb}P' 131^{tb}

<SOLUTIO>

| Dicendum ad hoc quod ex eis quae dicta sunt in praecedenti
quaestione non est soluta ista quaestio. Licet enim Deus sit unus in
130 natura et essentia, non ex hoc habetur quod sit unicus et tantum unus in
suppositis, sicut ex hoc quod habemus quod homo sit unus, quia eadem
est ratio hominis et unius hominis, non habemus quod sit tantum unus
homo. Intelligendum igitur quod unum cum significat indivisionem
quae est negatio | et privatio divisionis simpliciter et communiter dictae,
135 secundum quod in entibus est reperire duplicem divisionem, secundum
hoc unum potest dicere duplicem indivisionem oppositam duplici
divisioni existenti in entibus. Et oportet nos sic procedere, et iuxta
rationem divisionis investigare rationem indivisionis, | quia divisio nobis
notior est indivisione, et multitudo unitate, ut dictum est supra. Est
140 autem in entibus una divisio aliquorum ut omnino separatorum non sub
aliqua unitate | contentorum, ut est denarius decem hominum inquantum
sunt multi et inquantum numerus denarius est multitudo decem
unitatum. Alia vero est divisio aliquorum ut sub unitate alicuius formae
contentorum, ut est denarius decem hominum inquantum sunt multum,
145 et inquantum secundum PHILOSOPHUM V^o | Metaphysicae:
«Denarius est semel decem, non decies unum», ut est similiter omne
totum ex pluribus partibus integratum sub una forma contentum vel
naturali, secundum quod omne continuum ut omnis magnitudo et omne
animal compositum ex membris pluribus est unum vel artificiali, secundum
150 quod unum est omne aggregatum ut est omne totum glutino vel
colla, sicut domus vel arca.

Bad. 149^mBad. 149ⁿA 108^{va}
l' 110^{va}T' 124^{ra}Bad. 149^{vn}

Divisio primo modo proprie significatur nomine multitudinis, et
est in quolibet numero inquantum est multitudo quaedam ex unitatibus
producta, secundum quod dicit PHILOSOPHUS X^o Metaphysicae,
155 multa sunt una plura. Et hoc modo multa inquantum huiusmodi nullo
modo participant uno, sed solum reducuntur ad unum, ut infra patebit,
sicut neque participant ente. Non enim sunt ens aut unum, sed entia et

una. Nec cadit talis multitudo in divisione entis aut unius. Nulla enim esset divisio dicere entium aliud est ens unum, alia sunt entia multa.

- Scarp. 382^b Divisio secundo modo | significatur proprie nomine multi singu- 160
 K' 156^{ra} lariter dicti, et est in quolibet composito ex partibus | in quantum sub
 una forma continentur. Est enim quodlibet tale multum ratione partium
 diversarum, et unum ratione formae continentis partes. Et quod tale est,
 opponitur uni omnino simplici, et cadit in divisione entis contra ipsum
 divisum. Unum enim simplicitate formae et carentia partium sub ipsa 165
 dicit indivisionem oppositam divisioni multitudinis partium quarum-
 cumque sub una forma contentarum, secundum quod dicit COMMENTA-
 TOR super XI^o Metaphysicae, unum quod dicitur de continuo
 significat aliquod multum in potentia et unum in actu; continuum enim
 divisibile est, simplex autem absolutum indivisibile. Et opponuntur | 170
 R' 79^{rb} haec unum et multum privative; unum autem commune quod converti-
 tur cum ente est illud quod dicit indivisionem oppositam divisioni quam
 dicit multitudo plurium disiunctorum. Et in quantum ipsa multitudo
 componitur ex huiusmodi unitatibus, opponuntur unum et multa
 relative, sicut mensura et mensuratum, secundum quod dicit PHILOSO- 175
 PHUS in X^o Metaphysicae quod «*numerus est multitudo mensurata per*
unum». Et de tali unitate est hic quaestio, utrum scilicet Deus ita sit |
 P' 131^{va} unus quod non sint multi dii. Et restat multum quaerere de Deo, utrum
 sit unus simpliciter, de quo habitum est in quaestione precedenti, et
 utrum sit unus ita quod non multus, de quo habebitur infra loquendo de 180
 eius simplicitate, et utrum sit unus ita quod non sint plures, de quo
 agitur hic. In prima enim ly unus tenetur absolute; in secunda vero
 discretive; in tertia vero participative.
- Bad. 149^{vo} | Ad quaestionem ergo hanc, an sit tantum unus Deus, dicendum 185
 est absolute quod sic. Et hoc convincunt aliquae ex rationibus supra
 dictis probantibus quod Deus est. Non tamen omnes hoc convincunt.
 S' 64^{va} Per rationes enim | PHILOSOPHI II^o Metaphysicae ex statu causae 190
 in genere causae efficientis et formalis bene probatur quod Deus est, et
 ita quod unus est, quia non est ens nisi unum, secundum quod procedit
 praecedens quaestio. Sed non probant quod tantum unus est, quia cum
 hoc quod rationes illae probant omne genus causae stare sigillatim in
 uno sui generis, non probatur quod omne genus causae stat simul in
 aliquo uno et non in pluribus; illud enim Deus esset et tantum unus.
 Nec etiam videtur hoc probari ex demonstratione ARISTOTELIS VIII^o 195
 Physicae cum probat per reductionem omnium motuum ad unum
 motum primum et omnium motorum ad motorem | omnium primum
 quod de necessitate sit tantum unus primus motor, qui non est nisi
 Deus.
- I' 110^{rb}

200 Dicere enim posset adversarius quod bene verum quod | unum
 est primum in genere moventium: nam si essent plures | simul moventes,
 neuter esset | perfectus motor, et esset aliquis unus prior eis, quia
 perfectum semper praecedit imperfectum in diversis, secundum PHILOSOPHUM
 in XI° *Metaphysicae*. Et sic unus moveret post alterum,
 205 et ita essent plures successive et sic neuter esset proprius motor neque
 naturalis, sed ambo accidentales. Non tamen ex hoc habetur quod
 tantum | sit unum primum omnium et unus Deus, quoniam ille motor
 potest dici esse primus ordine et perfectione et causalitate movendi.
 Non tamen causalitate efficiendi, ut licet omnes dicantur moveri ab uno
 primo. Non tamen oportet propter hoc dicere quod omnes habent esse
 210 in forma et substantia sua ab illo uno primo, sed forte ab alio. Et sic
 licet ille sit primus in genere causae moventis, non oportet ex hoc quod
 sit primus in genere efficientis, nec forte in genere causae finalis similiter
 oportebit ut dicatur quod etsi moventia et mota diversorum generum
 moveant et moveantur propter primum, quod hoc sit propter unum
 215 primum, sed propter diversa, et tamen quodlibet illorum si ponatur |
 primum necessarium est ponere ipsum esse deum.

Dicta ergo demonstratio PHILOSOPHI ex VIII° *Physicae* non
 convincit propositum nisi valde implicite. Procedit enim solummodo via
 motus, quam solam habet naturalis philosophus considerare, quia «*impos-*
 220 *sibile est declarari in naturalibus alia via substantiam abstractam esse nisi ex*
motu». «*Et si sint aliae viae, illae numerantur | in philosophia prima*», ut dicit
 COMMENTATOR super XI°. Via autem motus in quantum huiusmodi
 non probatur esse unum primum nisi in ratione moventis, non autem in
 ratione efficientis vel finis. Nec etiam demonstrationes II° *Metaphysicae*
 225 singulariter acceptae hoc convincunt, sed si omnes simul |
 constringantur in unum, bene convincunt propositum. Et ideo PHILOSOPHUS
 in XII° *Metaphysicae* revertitur super suam demonstrationem habitam in VIII°
Physicae et adiungit sibi illud de II° *Metaphysicae*, reducendo tria genera
 causarum in unam, probando quod agens et finis sunt idem cum forma,
 230 probando per hoc non solum esse unum primum principium omnium, quod
 deus est, in singulis generibus causarum, sed in omnibus simul, et sic
 quod sit tantum unus deus et tantum unum principium. Probat enim quod
 agens idem est cum | forma, quia agens proximum non agit nisi per
 formam quam generat in
 235 passo. Medicina enim in quantum est ars sanitatis effectiva aliquo modo
 est sanitas, et domificativa in artifice quoddammodo est domus, et vis in
 semine | generativa hominis quoddammodo est homo. Et secundum
 COMMENTATOREM: «*Dispositio ultimi moventis omnia est sicut dispositio*
moventis propinqui. Quare cum primum movens movet ad omnes formas, mani-

A 108^{vb}K' 156^{tb}Scarp. 383^aT' 124^{tb}Bad. 149^{vp}J' 57^{ra}P' 131^{vb}Bad. 150^{rp}K' 156^{va}

Scarp. 383 ^b	<i>festum est quod forma primi moventis aliquo modo est omnes formae</i> . « <i>Et veritas est</i> » quod dicit, « <i>quod scilicet primum principium debet esse conveniens principia- tis secundum modum quo est conveniens proximum principium; sed aliquo modo universali</i> », non autem particulari, sicut conveniens est principium proximum. Probat etiam quod finis in primo movente idem sit cum forma qua movet, ut propter hoc sit primum movens, et quia aget motum, et quia informat motum, et quia est finis motus, quod PHILOSOPHUS simpliciter proponit, dicens quod « <i>movel sicut desideratum et intel- lectum</i> ». Sed COMMENTATOR pertractat probationem, dicens quod « <i>in nobis differunt agens motum et finis motus, secundum quod agens motum est in anima, finis autem motus est extra animam</i> ». Ita quod si contingeret quod illud propter quod agit non esset extra eam, ut quod « <i>forma balnei</i> » propter quod agit calefaciendo aquam « <i>non esset in materia</i> », sed in anima tantum, tunc idem in anima existens « <i>moveret secundum agens et secundum finem sine aliqua</i> » variatione. Et sic probat PHILOSOPHUS generaliter quod omnia movet primus motor, et secundum quod est forma eorum ad quas movet, et secundum quod est agens eorum quae moventur ab ipso, et secundum quod est finis quem « <i>appetunt in hoc motu tanquam aliquid magis bonum ipsis</i> », « <i>quod est nobilissimum entium</i> ». Ista ergo tria concludendo in unum, agens scilicet formam et finem, concluditur infallibiliter quod primum principium sit unum et tantum unum. Quia ut ex hoc PHILOSOPHUS concludit i b i d e m : « <i>Caelum et omnia alia continua et connexa sunt ad invicem propter unum primum principium</i> », quae connexio ostendit efficacissime principii primi unitatem, et quod tantum unum sit, quod patet pertractando.	240 245 250
I' 111 ^{ra}		
A 109 ^{ra}		255
R' 79 ^{va}		
S' 64 ^{vb}		260
Bad. 150 ^o	Cum enim omnia quae sunt in universo connexa sunt et habent unum primum motorem qui movet ut efficiens secundum formam et finem, ipse est ens perfectissimum et perfectius aliis, ad cuius similitudinem alia habent esse perfectioni eius magis appropinquantia, secundum quod sunt ei propinquiora in gradu et ordine universi; propter cuius perfectionem in se attingendam quantum possunt directa ab ipso moventur in ipsum, sed per ordinem quo omnia sunt ad ipsum ordinata et inter se connexa, ut per ordinem semper unum regat et moveat alterum, ita quod omnia mota sint ab uno primo, et in id ipsum ultimo per suum motum reducta. Et sic unitati finis respondeat unitas agentis, et e converso. Et per hunc ordinem et connexionem omnium procedentium ab uno et in unum in esse suo reductorum ens dicitur analogice de omnibus, non aequivoce, quia semper actum et motum est simile et proportionale quodammodo in esse moventi, propter quod etiam unum dependet semper ab altero in esse, et quodammodo assimilatur ei in forma. Et ratio essendi in quibusdam dicta est per	265 270 275
Scarp. 384 ^a		280

285 habitudinem ad alia, et per hoc unum eorum semper ducit in cognitio-
 nem alterius, et secundum hoc, ut dicit COMMENTATOR, «*omnes motus et
 actiones rerum naturalium idem intendunt, scilicet ordinem totius*», «*quia omnes
 colligati sunt per motum primi, et quilibet motor alius perficitur per formam*»
 290 «*primi motoris omnium*». «*Et est dispositio eorum in iuvando et conservando ad
 invicem, sicut est dispositio bonorum virorum qui regunt se ad invicem in bonam
 quietem, quoniam omnes actiones eorum sunt erga actionem primi principii. Ponunt
 enim actiones suas servientes et consequentes actionem primi principii; quemadmodum
 primus princeps in civitatibus necesse est ut habeat actionem propriam quae est
 295 nobilissima actionum*» «*quam intendunt omnes qui sunt sub primo per suas actio-
 nes*», «*sicut accidit eis qui iuvant se erga unum artificiale*», secundum quod
 determinat PHILOSOPHUS in I° Ethicorum, quod «*omnes artes in
 civitate ordinantur in finem civilis scientiae*». Unde et PHILOSOPHUS
 ipse dicit in fine XIIⁱ quod «*in natura totius est bonum et nobile*», «*distinctum et
 295 ordinatum, ut in exercitu et civitate est bonum, et in duce magis, et ille non est
 propter ordinem, sed alia propter istum. Omnia enim ordinata sunt insimul aliquo
 modo, sed non ordine consimili natantia, volantia et plantae. Sed tamen non sunt in
 tali positione in qua non comparantur ad invicem omnino. Sed habent aliquid
 comparationis: omnia enim ordinata sunt ad invicem et respectu unius*».
 300 Ordo ergo universi et regimen mundi solum est illud quo demon-
 strative possumus probare Deum esse unum tantum; et hoc a posteriori,
 praeter illa quibus in sequenti quaestione probatur a priori, quia scilicet
 Deum necesse est esse tantum unum, ita quod impossibile sit omnino
 plures deos esse. Unde ex ratiocinatione | iam pertractata concludens
 305 PHILOSOPHUS in XII° dicit: «*Igitur Deus est unus aeternus in fine nobilitatis*». |
 Et secundum viam illius ratiocinationis processerunt omnes rationes ad
 partem istam adductae, sicut patet; et ideo concedendae sunt.

K' 157^{ra}A 109^{rb}

<AD ARGUMENTA>

310 | Ad | primum in oppositum, quod in pluribus generibus rerum
 multa sunt per participationem, ergo et unum per essentiam in singulis,

Bad. 150^{ra}
l' 111^{rb}

	dicendum quod non oportet, quia omnis participatio ad unum et eundem finem reducitur qui est quodammodo forma omnium formarum, ut dictum est, et esse omnium entium, ut dicendum est infra. Unde non	
J' 57 th Bad. 150 th R	sunt diversa genera participatorum per se distincta et inordinata, sed omnia sunt adinvicem et ad unum ordinata, ut dictum est. Et secundum quod dicit DIONYSIUS cap.° IV° De divinis nominibus, omnia	315
P' 132 th	invicem connectuntur, nec solum invicem, sed et ad unum omnia, ut commilitones in exercitu ad invicem connectuntur secundum sub et supra, et omnes simul ad ducem, ut dictum est. Et per hunc modum	
Scarp. 384 th	etiam vere multa non sub aliqua forma unitatis, sed solius ordinis contenta ad unum necessario reducuntur in universo, cuius unitas est causa unitatis universi, secundum quod dicit BOETHIUS De unitate et uno, quia naturae « <i>creator unus est, ideo rebus quas condidit hoc in commune dedit, ut unaquaeque habeat esse una. Ac per hoc quia ex eo ex quo res</i>	320
S' 65 ^a	<i>habet esse, est una, ideo motus omnium substantiarum est ad unum et propter unum, ideoque ad unum tendunt. Unitas enim quae unit omnia et retinet omnia diffusa est in omnibus quae sunt</i> ». Et ideo dicit PHILOSOPHUS in XII°: « <i>Motor primus qui non movetur est unus numero et ratione</i> ». « <i>Tantum ergo unum caelum est</i> ». Et loquitur de caelo primo, per cuius unitatem intelligit unitatem totius mundi. Et PLATO dicit in Timaeo: « <i>Mundus est unus, quia iuxta unum exemplar formatus est</i> ». Sed tamen secundum genera diversa participatorum antiqui plures deos ponebant, secundum pluralitatem effectuum divinatorum circa creaturas, quos ad unum reducere nesciebant.	325
T' 124 th	Unde ponebant deum sapientiae, deum pacis, deum belli, et similiter diversis creaturis diversos deos praeesse dicebant, ut pertractat AUGUSTINUS De civitate Dei. Per hunc enim modum imponitur PLATONI ipsum posuisse ideam separatam sapientiae, iustitiae et omnium rerum naturalium, quae essent per essentiam id quod essent alia per participationem, quae deos eum ponere necesse erat secundum eos. Si PLATO sic posuisset, errasset proculdubio. Unde potius creditur omnes ideas in mente divina posuisse, ut visum est supra secundum AUGUSTINUM. Quicumque tamen alicuius sapientiae sic posuit plures deos qui formaliter essent per essentiam bonitas non participata, similiter sapientia et cetera huiusmodi, posuerunt omnes tales deos sub uno vero deo contineri, a quo effective participarent uno et ente et ceteris omnibus perfectionibus, qui solus est unus et ens per essentiam formaliter et a nullo effective, ut habitum est supra. Unde ad huiusmodi participationem omnium deorum ab uno aspiciens PROCLUS dicit: « <i>Omnis deus participat aliquo uno praeter unum</i> ». De omnibus tamen talibus dicit DIONYSIUS cap.° X° De divinis nominibus quod	330
R' 79 th		335
Bad. 150 th S		340
K' 157 th		345
		350

«nec ipsi nec patres eorum sciverunt quid dicerent», separantes in
diversos quod in uno solo | ponendum erat.

Bad. 150^{vT}

Ad secundum, quod plures dii meliores sunt quam unus, dicen-
dum quod hoc verum est in illis qui distincta bona habent in se, ita quod
355 bonum unius non insit omnino alteri. Sed si esset in uno quicquid boni
possit poni in pluribus, et multo excellentiori modo quam in illis, ut est
in Deo nostro, hic plura bona non sunt magis eligenda quam unum, ut
infra videbitur de divina perfectione. Immo ipsum unum | magis esset

Bad. 150^{vV}P' 132^{va}

360 | Ad tertium argumentum Manichaeorum, quod non est idem
principium habituum et privationum, dicendum quod secundum PHILO-
SOPHUM IV^o Metaphysicae et secundum COMMENTATOREM:
«Inter negationem et privationem differentia est, quia negatio | est absolutio negati
ab esse simpliciter». Unde non habet causam omnino, sicut non ens purum,
365 ut chimaera vel tragelaphus. «Privatio vero est absolutio esse alicuius a natura
determinata», unde habet subiectum de quo dicitur quod cum fuerit
dispositum per privationem erit privatio ipsa in forma affirmationis
denominans ipsum, quia ut dicitur II^o Physicae, «privatio species
quodammodo | est». Unde quia privatio est negatio in subiecto, et non

A 109^{va}I' 111^{va}

370 subiecto in quo est, aliter enim non esset privatio, sed negatio. Et sic
non ens quod est privatio est quoddammodo ens, propter subiectum
scilicet in quo fundatur privatio. Propter quod est simpliciter non ens,
secundum quid autem ens. Hinc est quod privatio potest habere causam
375 esse sui in subiecto, sed non oportet quod aliam ab illa quae est causa
vel nata est esse causa habitus sibi oppositi, sed vel aliam vel eandem
alio et alio modo se habentem, secundum quod dicit Philosophus II^o
Physicae: «Eadem est causa contrariorum quae enim praesens per sui
praesentiam est causa alicuius, per sui absentiam | est causa contrarii, ut
380 absentia gubernatoris est causa subversionis navis, cuius erat praesentia causa
salutis». Et sic privatio a quocumque causetur non habet causam efficien-
tem, sed deficientem solum, secundum quod dicit AUGUSTINUS XII^o
De civitate Dei cap. 7^o: «Non est efficiens causa | mali, sed deficiens,
nec voluntas mali est effectio, sed defectio». Et DIONYSIUS: «Optimorum
385 causa una est, malorum multae». Non quidem effectivae, sed defectivae,
et hoc non in quocumque agente est possibile, sed solum in illo quod in
sua actione a fine intento a se potest deficere, cuiusmodi non potest esse
causa prima, quae Deus est. Ipse enim in eo quod immediate agit
nullum defectum sive malum relinquere potest, quia, ut dicitur in
390 Cantico Deuteronomii, «Dei perfecta sunt opera». Et enim unum-
quodque dicitur bonum et perfectum in ordine ad finem, secundum

K' 157^{va}T' 125^{ra}

	quod dicitur in III° <i>Metaphysicae</i> : « <i>Bonum per se et per suam essentiam est finis et complementum</i> ». «Et in rebus quae non moventur erga perfectionem in eis <i>non est aliquid bonum</i> », et ut dicitur II° <i>eiusdem</i> : « <i>Nihil incipit agere actionem nisi intendendo finem</i> ». Malum igitur aut defectus non contingit in opere alicuius agentis nisi quia deficit a fine, ut producat rem sub tali dispositione in qua non est nata ordinari in finem. Deus autem in nullo opere suo quod agit immediate a fine intento potest deficere, et hoc vel a fine universali speciei, vel a fine particulari individui quod operatur. Et sic in nullo opere suo potest incidere defectus aut malum. 395	
S' 65 th		
Bad. 151 ^v		
Scarp. 385 ^b	Unde si vellet creare hominem caecum, et crearet, sicut et potest, etsi ille deficeret a fine universali suae speciei ad quem naturaliter ordinatur per usum visus, non tamen deficeret a fine particulari ad quem fit tale individuum, qui potest esse glorificatio Dei aut manifestatio potentiae eius, in quem pro loco et tempore perfectius posset ordinari homo caecus quam videns. Et sic opus hoc, in quantum a Deo fieret, esset omnino perfectum et in nullo defectivum simpliciter, licet esset opus simpliciter defectivum, si tale fieret a natura quae non posset intendere in eo alium finem quam finem speciei a quo deficit; respectu cuius hoc individuum quod est opus Dei, licet sit defectivum, hoc est ei esse defectivum secundum quid, quod tamen simpliciter est perfectum in quantum est opus Dei ad finem perfectiorem ordinatum quam sit finis suae speciei, quem finem perfectiorem nisi Deus in illo opere suo intenderet, simpliciter esset defectivum. Sed hoc impossibile est ponere circa Deum, quod tale opus faceret et talem finem non intenderet. Tunc enim non ageret ipsum nisi aut intendendo finem speciei a quo deficit, et sic incideret malum sive defectus in opere Dei, aut nullum finem intendendo omnino, et utrumque est impossibile. Primum est impossibile, quod scilicet intendat finem consequi in suo opere quem non consequitur, quia, ut dicitur in <i>Psalmo</i> , « <i>omnia quaecumque voluit Dominus fecit in caelo et in terra</i> ». Et aliter impotens esset. Secundum similiter est impossibile, quia actio sine intentione finis non est per rationem et dispositionem providentiae, sine qua impossibile est Deum operari in creaturis. Ponere ergo sic operari Deum aliquem effectum est implicare contradictoria, Deum scilicet non esse Deum. Operans enim ex nihilo Deus est; operans autem sine ratione et providentia Deus non est. 400	400
P' 132 th		405
R' 80 ^a		410
K' 157 th		415
J' 57 ^{va}		420
A 109 th		425
I' 111 th	Nec etiam potest poni quod malum et defectus fiat in rebus ab aliqua causa quae sit prima causa mali et solius mali, secundum quod dicebant Manichaei et quidam antiqui non ponentes materiam ex qua fierent contraria, et tamen ponebant fieri contraria et ea transmutari ad invicem, ut ex bono malum et ex habitu privationem fieri. Qui cum ponebant transmutationem contrariorum fieri ex principiis contrariis 430	430

- agentibus sine subiecto, necesse habebant ponere principium privationis et mali in esse, principium aliud et contrarium omnino principio boni et habitus. Sed ponendo materiam subiectam contrariis non est necesse ponere hoc, ut dicit contra eos PHILOSOPHUS in fine XIIⁱ *Metaphysicae*, quia in causis agentibus secundariis sub causa prima quod agere natum est id quod est habitus, natum est etiam agere id quod est | privationis. Deficiendo enim in actione circa subiectum potest esse causa mali et privationis. Et hoc non potest contingere aut vix in illis quae proximae sunt primo, in quibus numquam cadit error sive defectus, aut raro et modicus, quae PHILOSOPHUS dicit esse in mundo sicut filios in domo, sed in causis remotis quas | dicit esse sicut servos in domo, qui filii et servi ambo sub Deo sunt in mundo, sicut in domo subiecti sub uno domino, secundum quod dicit GREGORIUS in *Homilia*: «*Conditor rerum regit quos condidit, et sic in hoc mundo possidet, quasi subiectos dominus in domo*». Unde de causa mali et defectus in mundo PHILOSOPHUS quaerit in XII^o *Metaphysicae*: Si omnia, ut praedictum est, sunt ordinata inter se et respectu unius, unde ergo accidit error et malum? Et respondet dicens quod «*sicut | liberi domus raro | comprehenduntur* facere quicquam inordinati, *sed omnes actiones eorum aut plures sunt ordinatae, servorum autem*» «*actiones fiunt quandocumque*» ut frequenter inordinate agant, «*et haec est natura utriusque eorum*». Similiter est in universo.
- Errabant ergo Manichaei, sicut praedicti quos PHILOSOPHUS redarguit. Errabant enim credendo privationes per se existere et causari, et habere causas positivas, sicut et habitus habent. Secundum enim AUGUSTINUM contra ipsos Manichaeos, sine omni defectione ex parte agentis, sed ex sola natura rei defectibilis, in ipsa cadere potest defectus et privatio, secundum quod dicit *Contra epistolam fundamenti*: «*Discite naturas quas fecit Deus et condidit, excellentiae gradibus ordinatas a summis usque ad infimas, omnes bonas, sed alias aliis esse potiores, factasque esse de nihilo*», «*ut esset quod non erat et in quantum esset bonum; in quantum autem deficeret se non a Deo genitum, sed de ipso a nihilo factum ostenderet*».
- Et hoc ita quod si tollatur quicquid boni est, omnino deficit res, et nulla natura manet quae mala possit dici. Quod si maneat | aliquid quod possit dici quia est et malum est, hoc non contingit nisi quia id quod est bonum est, et quod malum est in bono illo consistat. Unde dicit in eodem: «*Malo adempto manet natura purgator, bono autem subtracto non manet ulla natura; hoc ibi facit natura, quod bonum est; quod | autem malum, non natura, sed contra naturam est*». Quod non videbant Manichaei, unde errabant quaerendo unde esset malum non prius quaerendo quid est malum. «*Prius enim*» ut dicit AUGUSTINUS «*quaerendum est quid sit malum*»,

Scarp. 386^aTⁱ 125^bPⁱ 133^aKⁱ 158^aSⁱ 65^{va}A 110^a

	deinde unde sit, ut invento quod non sit natura aliqua non quaeratur ei efficiens causa, sed deficiens solum. Unde et AVICENNA in auctoritate assumpta in argumento dicit quod « <i>intentio non essendi est ex causa quae est privatio causae essendi</i> », non quae est privatio simpliciter in se subsistens. Quod quia non dixerunt Manichaei, sed supponentes malum esse naturam aliquam in se subsistentem, cum quaerebant unde esset, non potuerunt eis nisi vana occurrere. Et ideo errabant ponendo plura principia contraria boni et mali separata et plures deos, unum bonum, alium malum, errore consimili quo praecedentes ponebant plures deos bonos.	475
Scarp. 386 ^b		
I ¹ 112 ^a		480
R ¹ 80 ^b		
Bad. 151 ^v		
Bad. 151 ^v x		
	Ad quartum, quod si non esset nisi unus Deus bonus ipse non permetteret malum in suo universo, dicendum quod aliquid est destructivum alterius actione naturalis contrarietatis vel voluntariae dispositionis. Primo modo calidum destruit frigidum. Secundo modo causans calidum destruit frigidum. Primo ergo modo bonum non destruit malum nisi quod habet malum sibi formaliter contrarium a quo destrui natum est. Hoc modo summum bonum nullius mali est destructivum, quia malum non cadit in ipso, nec contrariatur ei formaliter, sed solum particularibus bonis in quantum deficiunt a perfecta bonitate primi. Hoc enim modo Deo solum opponitur negatio esse, quod non est malum privative dictum, secundum quod dicit AUGUSTINUS De natura boni: « <i>Ei qui vere est non potest esse contrarium nisi quod non est</i> ». Et De vera religione: « <i>Bonum quod vitari non potest, Deus est. Cetera omnia</i> » « <i>vitari possunt, quia per se nihil sunt</i> »; nec tamen quodcumque illorum vitiat, sed infima solum, secundum quod dicit AUGUSTINUS Contra epistolam fundamenti: « <i>Quamvis sit malum corruptio et non sit a conditore naturarum</i> », « <i>tamen illo gubernante omnia quae fecit sic ordinata est ut non noceat nisi naturis infimis</i> ». Et hoc, secundum quod dicit De natura boni, « <i>ut cedant infirmiora firmioribus, invalidiora fortioribus, impotentia potentioribus, atque ita caelestibus terrena concordent tamquam praecellentibus subdita</i> ». Sed quaerunt Manichaei: « <i>Non faceret Deus naturas corruptibiles?</i> » et respondet AUGUSTINUS: « <i>In quantum</i> », inquit, « <i>naturae sunt Deus fecit, in quantum corruptibiles non fecit</i> ». « <i>Cum enim dico 'natura corruptibilis', non unum, sed duo dico. Item cum dico 'fecit ex nihilo', non unum sed duo advertimus. Redde ergo singula singulis, ut audis naturam, ad Deum pertinet; ut audis corruptibilem, ad nihilum</i> ». Naturam ergo fecit bonum; in quantum hoc fecit, bonum fecit, quamquam incorruptibile bonum melius est, et nisi fecisset corruptibilia, non essent omnia; fecit ergo singula et corruptibilia et incorruptibilia ut essent omnia. Hinc dicit in Enchiridion: « <i>Ab ipsa summa Trinitate cetera omnia sunt, nec summe bona nec aequaliter, sed tamen bona singula. simul vero universa valde bona, quia ex omnibus consistit universitatis</i>	485
K ¹ 158 ^b		490
		495
P ¹ 133 ^b		
T ¹ 125 ^{va}		500
		505
J ¹ 57 ^b		510

- 515 *admirabilis pulchritudo*». Sed dices: non permetteret illa corrumpi, nec
malum omnino fieri in bono quod fecit. Hoc revera facere posset, et
malum omne voluntarie destruere, sed non vult, quia ordinem | suum
talem rebus permittere ad decorem et ordinem universi est. Aliter enim
non permetteret ea, secundum quod dicit AUGUSTINUS Contra
520 epistolam | fundamenti: «Cur, inquis, quod naturae | dedit Deus,
tollit corruptio?» Et respondet dicens: «Non tollit, nisi ubi permittit Deus; ibi
autem permittit ubi iustissimum et ordinatissimum iudicat pro rerum gradibus et
meritis animarum», primum quo ad corruptionem poenalem; secundum
quo ad corruptionem vitiosam. Et quomodo hoc, statim declarat in
525 simili dicens: «Nam species vocis emissa praeterit et silentio comprimitur. Et
tamen sermo noster ex praetereuntium verborum decessione ac successione peragitur et
moderatissimis silentiorum intervallis decenter suaviterque distinguitur. | Ita sese
habet etiam temporalium infinita pulchritudo, ut rerum transitu peragatur et
distingatur morte nascentium, cuius pulchritudinis ordinem et modos si posset capere
530 sensus noster atque memoria, ita nobis placeret, ut defectus quibus distinguitur, nec
corruptiones vocare auderemus». Et De natura boni: «Fit autem decedenti-
bus et succedentibus rebus temporalibus quaedam in suo genere pulchritudo, ut nec
ipsa quae moriuntur vel quae esse desinunt turpent aut turbent modum, speciem aut
ordinem universae creaturae, sicut sermo | bene compositus utique pulcher est, quam-
535 vis in eo syllabae atque omnes soni tamquam nascendo et moriendo transcurrant». Hinc dicit in Enchiridion: «Illud quod malum dicitur, bene ordinatum et
in loco suo positum eminentius commendat bona, | ut magis placeant et laudabiliora
sint dum comparantur malis. Neque enim Deus omnipotens», «cum summe bonus
sit, nullo modo sineret mali | aliquid esse in operibus suis, nisi usque adeo esset
540 omnipotens et bonus, ut et bene faceret etiam de malo».
- Ad quintum, quod est ponere summe bonum, ergo et eius contra-
rium summe malum, dicendum secundum iam dicta quod summe
bonum non habet malum aliquod contrarium, sed illud solum habet
contrarium sibi bonum particulare sub ipso. Quod autem assumitur, si
545 «simpliciter ad simpliciter» etc., dicendum quod | illa regula intelligitur in
illis quae sunt per se, ut si album disgregat, et magis magis, et maxime
maxime; non autem in eis quae sunt per accidens, ut si album est musi-
cum magis album est magis musicum, et maxime maxime. Nunc autem
malum non contrariatur bono per se | quia bonum, sed quia ex non
550 ente productum, ut dictum est prius. | Et ideo malum habet esse in
bono, et non nisi in bono, secundum quod dicit in Enchiridion:
«Nullum est | quod dicitur malum nisi ullum bonum sit». «Quapropter in hiis
contrariis, quae mala et bona vocantur, illa dialecticorum regula deficit, quae dicit
nulli rei simul inesse contraria»; «haec enim duo contraria ita sunt simul, ut si
555 bonum non esset in quo esset malum, prorsus | nec malum esse potuisset, quia nullo

Scarp. 387^aK' 158^{va}
A 110^bS' 65^{vb}I' 112^bP' 133^{va}Bad. 151^{vY}Scarp. 387^bK' 158^{vb}T' 125^{vb}R' 80^{va}Bad. 151^{vZ}

modo ubi consisteret, sed unde etiam oriretur, non haberet. Ex bonis ergo mala orta sunt, et nisi in aliquibus bonis non sunt».

Ad primam auctoritatem: «*Qui facit peccatum ex diabolo est*», dicendum quod verum est non quo ad naturam, sed quo ad malum peccati in natura. Et hoc non efficiendo, ut volunt Manichaei, aliter enim non haberent suum intentum, sed suadendo | et ipsum diabolum in suo peccato imitando, quod non arguit diabolum in natura sua esse aliquod malum, sed solum in suo vitio et actu vitioso. Per idem patet ad secundam. Plantatio enim peccati ex diabolo est, ut dictum est, non natura peccantis et non ex natura diaboli procedens, sed ex eius vitio. Similiter per idem patet ad tertiam, per hoc enim diabolus excaecat quod peccatum suadet. Per idem patet ad quartam, dicitur enim diabolus princeps huius saeculi, qui totus in maligno positus est, non ratione naturae, secundum quod Manichaei omnia corporalia posuerunt esse a deo malo, sed ratione suae malignitatis, quia est causa eius, secundum modum tamen iam dictum.

<QUAESTIO 3

UTRUM POSSIBILE EST PLURES DEOS ESSE >

| Circa tertium arguitur quod possibile est plures deos esse. Primo sic. Eodem gradu currunt unitas Dei et unitas mundi. Unde PHILOSOPHUS in XII^o Metaphysicae ex unitate mundi probat unitatem Dei et e converso, ut dictum est supra. Sed possibile est plures esse mundos et simul et successive, quod etiam plures philosophi posuerunt, cum plures mundos esse, ut videtur, non includit contradictionem et ita est possibile Deo. Quia enim est omnipotens, | potest omne possibile, quale est omne illud in quo non includitur contradictio, quia aliter Deo nihil est impossibile. Ergo etc.

Secundo sic. Bonum et perfectum est sui ipsius diffusivum, tunc enim secundum PHILOSOPHUM «unumquodque *perfectum* est cum potest generare alterum tale quale *ipsum est*». Deus autem summe bonus et summe perfectus est, in quo est quicquid in aliis perfectionis est. Ergo potest producere alium deum qualis ipse est, et sic possibile est ut sint plures dii.

In oppositum arguitur primo ex distinctione eorum sic. Si plures sunt dii, | puta duo, oportet quod ambo conveniant in intentione deitatis, et ut sub illa distinguantur. Aliter enim aut ambo non essent dii, aut non plures dii. Distinctio autem sub aliquo communi non est nisi per

aliquid additum illi communi in uno | eorum vel in utroque. Ipso enim
 communi non possunt | distingui quia ipso conveniunt, et diversitas in
 substantia reducitur ad multitudinem, sicut convenientia ad unitatem, ut
 25 habetur IX^o *Metaphysicae*. Id igitur quod est commune ipsis est
 causa convenientiae ipsorum, et quod est diversum in eis est causa
 differentiae ipsorum. Tale autem quod facit diversitatem additum ad id
 quod est idem facit compositionem. Unus ergo eorum, vel ambo, essent
 compositi. Non est autem Deus nisi sit simplex, ut infra videbitur. Aut
 30 ergo neuter ipsorum erit Deus, aut alter tantum.

Secundo quasi ex eodem medio alio modo sic. Quicumque sunt
 plures re, si debent esse plures dii, de quibus est quaestio, oportet quod
 | communicent eadem natura deitatis; non secundum hoc aliquid, quia
 tunc non essent nisi unus, sicut fides tenet | tres personas in una sub-
 35 stantia esse unum Deum, sed necesse est quod tantum communicent
 eadem natura deitatis, secundum rationem communem unam in eo
 quod sunt Deus simpliciter, et secundum rationes diversas in eo quod
 sunt hoc aliquid quaecumque sunt talia. Etsi idem communicent, hoc est
 secundum aliud et aliud esse. Duorum enim diversorum in eo quod est
 40 hoc aliquid non est idem esse. Sed quaecumque eandem | naturam
 communicant secundum aliud et aliud esse, in nullo illorum sua quiddi-
 tas est suum esse, quia illud esse non est totum quod est naturae illius,
 sed participatum in utroque. Non est autem Deus nisi cuius essentia est
 suum esse purum non participatum. Ergo etc.

Tertio arguitur ad idem ex natura divinae simplicitatis sic. Natura
 quae ex se ipsa determinat suppositum in pluribus inveniri non potest,
 quia id quod est principium individuationis et suppositi determinati
 pluribus esse commune non potest, secundum quod dicit DAMASCE-
 NUM *De duabus naturis Christi*, impossibile est unam et
 50 eandem hypostasim non uti characteristicis et constitutivis ipsius et
 divisivis ipsius a reliquis hypostasibus. Natura divina se ipsa determinat
 suppositum et hoc aliquid, quia se ipsa est individua. Si enim alio a se
 fieret individua, esset individuum compositum ex ipsa natura et alio ei
 superaddito, quod est impossibile, ut infra probatur. Iterum, si alio a se
 55 fieret individua, tunc illo ipsa natura in illo individuo determinaretur,
 postquam de se ad individuum determinata non esset, sed indifferens ad
 | plura individua. Naturam autem divinam aliquo | determinari est
 impossibile. Cum enim Deus sit esse purum et subsistens, ut dictum est
 supra, illud ergo determinans cum facit ipsum esse hoc aliquid, aut
 60 requiritur in Deo ad | essendi complementum in eo quod debet esse
 hoc aliquid, aut non. Si non, ergo est ipsi accidentale, quia quicquid
 sequitur completum esse rei in natura et substantia sua, accidentale est

S' 66^{ra}I' 112^{va}Scarp. 388^bJ' 58^{ra}T' 126^{ra}P' 134^{ra}K' 159^{rb}A 110^{vb}

	illi; quod est impossibile ponere in Deo, quia in Deo nullum cadit accidens, ut infra videbitur. Sed dato quod possit in Deo cadere adhuc	
R' 80 th	tale accidens, cum non possit esse nec advenire substantiali esse sine	65
	causa alia, de illa causa quaero, aut est ipsa divina essentia, quae est ipsum subsistens esse, aut aliquid aliud. Si primo modo, quare cum	
	accidens quod causatur a subiecto quod determinat ipsum subiectum et in quo est non individuatur nisi per subiecti individuationem, si ipsum	
	esse substantiale non est individuatum, sed potest esse in pluribus, nec	70
Scarp. 389 ^a	illud accidens, et si sic, illud accidens ipsum esse substantiale ad suppositum determinare non potest. Si autem causa illius accidentis sit	
	aliquid aliud ab ipsa divina essentia et eius esse, tunc nisi illud aliud esset, non haberet ab ipso esse in Deo hoc accidens neque esset ipsius	
Bad. 152 th A	Dei individuatio et distinctio, sed esse eius proprium quo habet esse hoc	75
	aliquid dependeret ab alio. Et ita neuter ipsorum qui ponitur esse Deus ex se est necesse esse, sed habet causam esse sui ab alio, cum nihil habet	
	esse nisi in supposito existat et hoc aliquid. Si autem illud determinans requiritur ad complementum esse substantialis in Deo, et per hoc dat ei	
	quod sit hoc aliquid, hoc non potest esse nisi quia aut includitur in ipso	80
	ut animatum in animali, aut quia specificatur per ipsum tamquam per differentiam, ut animal per rationale. Si primo modo, tunc indifferen-	
I' 112 th b	ter illud convenit ambobus diis, sicut et ipsum esse, et ita per illud non distingueretur unus eorum ab alio in eo quod est hoc aliquid sicut neque	
	per ipsum esse. Secundus modus omnino stare non potest. Cum enim	85
	differentia non est de ratione generis, sed ratio generis de se completa est quo ad esse generis ante adventum differentiae, licet sine differentia	
	non possit subsistere in actu, quare cum ipsa divina essentia quae ponitur habere rationem generis sit ipsum esse in actu, quia est esse	
	purum per essentiam non participatum, ut habitum est supra, illa	90
	differentia adveniens non potest ipsi essentiae dare actum essendi. Si enim daret esse, acquireretur ei, et non esset ipsum esse. Cum ergo, ut	
	probatum est, natura divina ut sit hoc aliquid nullo determinari potest, et tamen ipsa habet esse in actu, ut probatum est supra, et nihil existit	
S' 66 th	in actu nisi sit hoc aliquid, ipsa divina essentia necessario de se, ut	95
K' 159 th a	essentia est, est hoc aliquid, nec potest igitur pluribus convenire. Non potest autem esse Deus nisi cui convenit divina essentia. Plures ergo	
	deos esse est impossibile.	
	Quarto ex eodem sic. Necessitas essendi non convenit nisi signato inquantum signatum, cum sit ratio suae individuationis, quae non est	100
	communicabilis, nec potest alteri convenire, quia singularitas rei et ratio individuationis eius si alteri conveniret, tunc non esset singularitas, vel	
P' 134 th	simul esset singularitas et non singularitas, et essent contradictoria simul	

- 105 in eodem. Et ideo dicit PHILOSOPHUS in VII° Metaphysicae:
 «*Impossibile est quod substantia alicuius sint quae dicuntur universalis. Substantia
 enim prima, quae est cuiuslibet, propria est cuilibet, et non est alterius. Universale
 autem commune est*». Necessitas ergo essendi quae Deus est non potest
 alteri convenire. Probatio maioris est quoniam quod de se non est hoc
 signatum, non est de se actu existens, quia actu existens non est nisi
 110 signatum et distinctum. Si ergo | necessitas essendi non esset de se Scarp. 389^b
 signatum in supposito, non esset de se existens in actu, quare oporteret
 quod ei acquireretur ab alio a quo designatio sui esse fieret, et sic ipsum
 esse eius ab alio dependeret, et non esset necesse esse. Quare | cum A 111^{ra}
 vera Dei natura id quod est non sit nisi necesse esse, ut habitum est
 115 supra, ipsa non convenit nisi supposito signato in quantum signatum est,
 ut per idem Deus sit Deus et iste Deus. Tale autem nullo modo plurifi-
 cabile est. Sicut si Sortes eodem signato quo est Sortes esset homo, sicut
 id quod est Sortes re, non potest esse plures Sortes, ita natura qua est
 homo non posset esse plures homines. Ergo etc.
- 120 Quinto virtute eiusdem medii arguit RICARDUS in I° De Trini-
 tate sic: «Non aliud est *deitas quam illa substantia* unius Dei. Si ergo aliud
 in substantia haberet deitatem, habebit et illam substantiam, et sic idem
 erit in substantia plura et unum, *quod est impossibile*». Ergo etc.
- 125 Sexto arguit in eodem cap.° 18° sic: «Deitas aut est communicabi-
 lis pluribus substantia diversis, *aut incommunicabilis. Si incommunicabilis,*
 solum *unus Deus est. Si communicabilis,* aut in unitate substantiae, | et J' 58^{rb}
 non est nisi unus Deus ut in personis divinis tribus, aut in diversitate
 substantiae. Quod si sic, cum deitas non sit nisi illa substantia unius Dei,
 et substantia una non potest communicari pluribus diversis in substantia
 130 nisi una substantia sit simul una et plures». Hoc autem est impossibile.
 Non est ergo deitas communicabilis pluribus differentibus in substantia,
 sed solum eisdem. Tales autem propter unitatem substantiae non sunt
 nisi unus Deus. Ergo etc.
- 135 Septimo arguit in eodem cap.° 10° et 14°, sed alia via sic: «Idem
 sunt in Deo nostro *summa potentia, summa sapientia et summa essentia*.
 «Aliquid ergo | diversum ab eo in sua summa essentia non potest esse
 summa potentia et summa sapientia, sed non est Deus nisi sit summa
 potentia, summa sapientia». Ergo etc. K' 159^{vb}
- 140 Octavo arguit ad idem DAMASCENUS libro I° Sententiarum
 suarum, cap.° 5°, ratione divinae perfectionis sic: «*Si multos diceremus |*
deos, necesse esset inter eos differentiam considerare» quae esset aliquid per- I' 113^{ra}
 fectionis in uno et non in alio, et sic in neutro vel non in altero esset
 summa perfectio, quia id quod esset perfectionis in uno quo differret ab

- altero non esset in illo. Deus autem omnino debet esse perfectus et indeficiens. | Ergo etc. 145
- R' 81^{ra} Et hoc est quod facilius arguitur nono sic. Si plures essent dii, cum neuter esset ratio essendi alterum neque eius quod est in ipso, bonitas unius eorum alteri deesset omnino, et ita non esset aliquid eorum quo nihil melius excogitari posset, quia melius esset habens bonitatem integratam ex utriusque bonitate. Non est autem | Deus nisi quo melius nihil potest excogitari. Ergo etc. 150
- P' 134^{va} | Decimo ratione potentiae sic, et est ratio RICARDI I° De Trinitate, cap.° ultimo: «Non est Deus nisi sit *omnipotens*. Sed *non potest esse omnipotens nisi unus*». Ergo etc. Maior patet quia in Deo nullius potentiae est defectus. Minorem probat *ibidem* quia «*qui vere omnipotens est, facile efficit ut singulum ceterorum nihil possit*». Quod facere non posset si alter Deus omnipotens esset, quia tunc quantum unus posset agere, tantum alter posset contra agere. Ergo etc. 155
- Scarp. 390^a Undecimo sic. Arguit DAMASCENUS ubi supra ex divina incircumscriptione sic: «Si multi sunt dii, | nullus eorum erit ubique et incircumscriptus, quia unus eorum non erit in altero». Consequens est impossibile in Deo. Ergo etc. 160
- Bad. 153^{ra} Duodecimo sic. Arguit *ibidem* ex regimine universi et ordine ANSELMUS in *Monologion*, cap.° 3°, sic: «*Omne quod est, per aliquod ens | est, quia per nihil nihil habet esse*» et «*Illud oportet esse unum per quod sunt cuncta quae sunt*», quod non est nisi Deus sit non plurificabilis. Ergo etc. Assumpta probat trimembri divisione, quia «*si essent plura per quae | entia haberent esse, aut illa referuntur ad unum aliquid per quod sunt*», et tunc «*non sunt omnia per plura, sed potius per illud unum*», «*aut illa plura sunt singula per se existens, et tunc cum in natura existendi per se*» conveniunt, ergo est aliqua una vis et natura existendi per se quam communiter habent «*ut per se sint. Verius ergo per idipsum unum sunt*» «*quam per plura, quae sine illo esse vel stare non possunt*. Aut illa plura per se *abinvicem* habent esse, quod *ulla patitur ratio, quoniam irrationalis | cogitatio est, ut aliqua res sit per illud cui dat esse*». 175
- S' 66^{va} Decimo tertio arguit | IDEM et eodem modo in cap.° 4° sic. Quaecumque se habent adinvicem secundum gradum et ordinem dignitatis habent aliquid quod omnibus eis supereminens est. Et pertractat quod hoc necesse est esse tantum unum, ita quod non possit plurificari, quoniam si ponantur plura talia, cum non possunt esse inaequalia, quia tunc unum illorum praecelleret, necessario ergo sunt aequalia. Et hoc non potest esse nisi per idem quod est eorum essentia, aut aliquid aliud. Si primo modo, cum eorum essentia sit una quantum est de se, non diversificata in uno et in altero, illud necessario est unum. Si secundo 180
- K' 160^{ra}

185 modo, tunc ipsa in essentia sua minora sunt quam illud. Ergo eis aliquod unum supereminet. Plura igitur esse non possunt quibus nihil est supereminens.

Ad idem sunt rationes AVICENNAE quattuor in *Metaphysica* sua efficacissimae, quas ponemus in solvendo.

190 <SOLUTIO>

| Dicendum ad hoc quod ex rationibus probantibus simpliciter quod Deus est, et etiam ex probantibus quod sit tantum unus, non habetur quod necesse est quod sit tantum unus | ut impossibile sit quod sint plures, nisi forte gratia materiae. In creaturis enim secundum theologiam intelligentiam res existens in actu ab alio habet esse in actu simpliciter et ab alio esse hoc et ab alio esse hoc aliquid. Quod enim habet esse in actu, habet in quantum est effectus primi entis. Quod vero habet esse hoc, habet a natura essentiae | suae, in quantum est exemplatum divinae rationis, unde habet quod dicatur esse substantia vel accidens, homo vel asinus. Quod vero habet esse hoc aliquid, habet a natura suppositi determinantis naturam, in quo divina actione essentiae acquiritur esse existentiae. Quomodo autem hoc fiat, aut per materiam secundum PHILOSOPHUM, aut per alias | dispositiones hypostaticas secundum DAMASCENUM, non est praesentis inquisitionis.

205 Et licet concordant philosophi quod in creatura qualibet ratione differunt esse simpliciter et esse hoc et esse hoc aliquid, non tamen concordant in hoc quod res ab alio habeat esse simpliciter in actu et esse hoc secundum essentiam. Ambo enim dicunt rem habere a forma sua, considerando scilicet causam proximam, non primam, ut dictum est supra. Et ideo tam secundum philosophos quam secundum theologos | in creaturis ex eo quod aliquid probatur esse in | actu simpliciter licet ex hoc habeatur quod sit unum in supposito sicut est ens, ad modum quo probavit Deum esse unum quaestio prima supra executata de unitate Dei, quoniam «*substantia cuiuslibet propria est cuilibet et non est alterius nisi sui ipsius et illius cuius est, et non est in pluribus*», ut dicit PHILOSOPHUS in VII^o *Metaphysicae*. «*Universalis enim*», ut probat *ibidem*, «*non sunt substantiae rerum nisi quatenus sunt particularia in suppositis*». Non | tamen ex hoc habetur probatum quod sit tantum unum in supposito ad modum quo probavit quaestio proxima praecedens quod sit tantum unus Deus, et multo minus quod necesse sit quod sit tantum unum, ad modum quo quaerit ista quaestio an sit tantum unus Deus, ita quod non possint esse plures.

Bad. 153^{1b}

Scarp. 390^b

P' 134^{vb}

I' 113^{1b}

J' 58^{1a}
Bad. 153^{1c}

K' 160^{1b}

In creaturis enim potest forma determinata supposito de se esse universalis et indeterminata secundum supposita et esse in pluribus suppositis, secundum quod dicit PHILOSOPHUS: «Quod *universale est, commune est*». Non enim dicitur universale nisi quod naturaliter est plurium rerum et commune plurium. Sed si sequatur in aliquo quod cum eo quod ponatur esse et unum in supposito | quod sit tantum unum, et hoc ita quod impossibile sit | esse plura secundum supposita, hoc solum tenet gratia materiae, aut scilicet quia ipsa forma est de se subsistens, et ideo non nata esse nisi hoc aliquid nec considerari nisi sub ratione singularitatis, non sub aliqua ratione communis, aut quia etsi ipsa forma de se nata esset multiplicari per supposita, quia tamen continet totam suam | materiam | in qua nata est esse, ita quod non est nata multiplicari per supposita secundum divisionem quantitatis nullo modo, sicut totam suam materiam possibilem ad suam formam secundum PHILOSOPHUM continent corpora caelestia. «Qui enim dicit caelum, dicit formam solum. Qui vero dicit *hoc caelum*, dicit *formam in materia*», et tamen non potest secundum PHILOSOPHUM in eadem specie esse aliud caelum, quia «*totam suam materiam continet*» indivisibiliter forma primo modo subsistens. Dicunt philosophi quod non est in natura sua communis pluribus, sed solummodo singularis species nullo modo universalis apta multiplicari. «*Si enim plures esset, ut homines, foret specie unum, numero vero plura*», et ita ut dicit PHILOSOPHUS in XII^o, «*haberet materiam*», «*quia quaecumque sunt plura numero, habent | materiam*». Forma autem subsistens, «*quia in se est endelichia*» et actus, ut dicit *i b i d e m*, «*non habet materiam*». Forma similiter continens totam suam materiam, licet multiplicabilis esset quantum est ex parte | formae, in quantum tamen est in materia sua tota, quae non potest | multiplicari, quia nec dividi secundum quantitatem, nullo modo secundum PHILOSOPHUM est multiplicabilis per plura supposita. Per quod PHILOSOPHUS probat in I^o Caeli et mundi mundum esse unum perfectum et non posse esse plures. 225

A 111^{va}
T' 126^{vb} 230

Scarp. 391^a
R' 81^{tb} 235

P' 135^{va} 245

S' 66^{vb}
Bad. 153^{vc} 250

Bad. 153^{vd}
K' 160^{va} 255

260

Sed quocumque modo ista se habent in creaturis, quae ad praesens non sunt perscrutanda, ita est proculdubio in Deo, quod in eo idem sunt omnino esse simpliciter et esse hoc, quia ut dictum est supra, in Deo idem sunt essentia et esse. Idem etiam cum esse simpliciter et esse hoc est in ipso esse hoc aliquid, quia sicut in Deo non differt | essentia ab esse, sic nec esse hoc | aliquid ab esse hoc, ut infra videbitur. Et sic ratione materiae omnes rationes probantes Deum esse probant quod est unus. Et rationes omnes, tam ad quaestionem an Deus habeat esse, quam ad quaestionem an habet esse unus, ratione materiae probant consimiliter quod sit tantum unus, et omnes illae ad quemlibet illorum articulorum probant quod non possunt esse plures. Et ex hoc quod in

265 Deo idem sunt esse et esse hoc et esse hoc aliquid, proculdubio in Deo
 non est ponere rationem universalis et particularis contenti sub forma
 universalis, ut infra | videbitur. Sed Deus solummodo rationem habet
 eius quod individualiter habet esse hoc aliquid in supposito et unum
 numero, non dico unus, ut infra videbitur, quoniam esse purum quod
 270 Deus est et quod est necessitas essendi non convenit nisi signato
 inquantum signatum est, et hoc sub ratione simplici sine omni determi-
 natione et contractione. Propter quod Deus in se habet omnium per-
 fectiones et ad eum reducuntur omnia alia tamquam ab ipso participan-
 tia quod in se perfectionis | habent, secundum quod ex hiis processe-
 runt omnia argumenta ad istam partem super inducta, ut patet inspi-
 275 cienti.

Et ideo absolute concedendum quod Deus est unus in essentia et
 individuali natura, non dico in supposito. Et enim Deus licet sit plures
 in suppositis, propter unitatem tamen essentiae indivisibilis in eis non
 est nisi unus Deus in illis, ut inferius amplius patebit, ita quod impossi-
 280 bile est esse plures, neque per successionem, ut uno corrupto alter ex
 substantia deitatis generetur, quia ipse unus est necesse esse, ut habitum
 est supra, quod non potest non esse, ut videbitur infra, neque simul,
 quia incommutabilis est natura deitatis, nec rationem universalis habet,
 sed individui et eius quod est hoc aliquid, ut dictum est. Non enim
 285 habet rationem universalis sicut generis, ut potuerimus dicere quod
 Deus est unus genere, plures autem specie, quia quaecumque se habent
 ut species sub genere per differentias additas generi contrahuntur, et
 ideo oportet quod sint composita ex eo quod est | in potentia et quod
 est in actu, ut infra dicetur. «Genus enim imponitur ab eo quod in |
 290 specie est potentiale, et differentia | ab eo quod in ipsa est actuale», ut
 habetur ex VII^o Metaphysicae. Deus autem non potest esse nisi
 purus actus simplicissimus. Nec habet Deus rationem speciei, ut
 possimus dicere quod Deus est unus specie, plures autem numero, sive
 per materiam, sive per accidentia. Non per materiam, quia ipse | est
 295 purus actus et endelechia quae non habet materiam, ut infra dicetur;
 neque per accidentia, quia in Deo nullum cadit accidens, ut infra dicetur,
 et quia tunc non esset | per se necesse esse, ut inductum est supra. Et
 ideo quia deitas non est suppositum neque hoc aliquid per aliquam
 huiusmodi contractionem, sed per id quod est in se in natura sua et
 300 essentia, AUGUSTINUS VIII^o De Trinitate, comparando Deum ad
 illa quae sunt hoc aliquid per huiusmodi contractionem, dicit: «*Bonum hoc
 bonum illud. Tolle hoc et illud, et vide ipsum bonum, si potes. Tunc ipsum Deum
 videbis*». Et sic secundum eandem naturam communem deitas alteri in
 natura communicari non potest.

I' 113^{va}Scarp. 391^bT' 127^aBad. 153^{ve}
A 111^{vb}P' 135^bK' 160^{ra}

	Et ideo quod communicatur, hoc est secundum eandem naturam totaliter et in suppositis relativis divinis, aut analogia diversarum naturarum ad naturam divinam in diversis suppositis absolutis, in quantum scilicet id quod in solo Deo est per essentiam, in aliis invenitur per participationem, ut in creaturis. Et ex hoc est quod omnis multitudo creaturarum ad divinam unitatem habet reduci, secundum quod ex hoc a posteriori processerunt quaedam argumenta probantia Deum esse unum et tantum unum, et quod non possunt esse plures. Nullum tamen eorum probat gratia formae quod non possunt esse plures. Ex unitate enim et ordine mundi non potest probari Deus non posse plurificari, nisi ex suppositione quod scilicet mundus non possit plurificari.	305 310 315
Scarp. 392 ^a		
J' 58 ^{hb}	Unde PHILOSOPHUS concederet Deum posse plurificari, si possibile esset mundum sive primum caelum plurificari, secundum quod dicit in XII ^o : « <i>Si plures essent caeli ut homines, foret principium quod est circa unumquodque specie unum, numero autem plura</i> ». Caelum autem sumit ibi pro mundo, secundum enim quod dicit ibi COMMENTATOR: « <i>Innuit quod mundus est unus, non plures</i> ». Per principia circa unumquodque intelligit secundum Commentatorem primam essentiam scilicet Deum. Unde PHILOSOPHUS ibidem ex unitate Dei qua est ita unus quod non possit esse plures, unitatem mundi, ita quod non possint esse plures, concludit dicens: « <i>Unum numero et ratione est primum movens immobile ens, et motum ergo semper continue unum solum</i> ».	320 325
R' 81 ^{va} Bad. 153 ^{vf}		
I' 113 ^{hb}	Gratia autem formae arguendi solum illa argumenta probant Deum non posse plurificari quae hoc probabant ratione simplicitatis et gubernationis et perfectionis eius et huiusmodi, quorum media sumebantur ex parte entitatis Dei, quae secundum rationem nostram intelligendi praecedit eius unitatem. Et sic processerunt, quasi a priori et a causa. Ex quibus etiam rationibus habetur probatio necessaria primum principium esse id quod est necesse esse per se alia via quam a posteriori ex creaturis. Quod intellexit AVICENNA cum dixit in I ^o Metaphysicae suae: « <i>Nos habebimus viam ad stabiliendum primum principium, non ex via testificationis sensibilium, sed ex via propositionum universalium intelligibilium, quae faciunt necessarium quod ens habet principium et quod est necesse esse</i> ». Ipsum autem Deum esse absolute, non est nobis via aliqua ad probandum nisi ex creaturis, secundum quod dicit COMMENTATOR super XI ^o Metaphysicae: « <i>Impossibile est declarari substantiam abstractam esse nisi ex motu, et omnes viae ducentes ad primum motorem esse praeter viam motus qualiter sunt sufficientes</i> », quasi dicat nullo modo, « <i>et si essent verae, essent numeratae in prima philosophia. Principia enim impossibile est ut demonstrentur</i> ». Et quia quaestio de entitate praecedit quaestionem de unitate et necessitate et omnium aliarum, ideo ad probandum per priora quod Deus sit	330 335 340 345
K' 161 ^{ra} Bad. 154 ^{rf} P' 135 ^{va}		

unus et quod sit necesse esse vel aliquod aliorum, non est nobis via nisi
 primo cognito ex creaturis quia sit. Et ideo dicit AVICENNA: «*Propter*
infirmitatem animarum | nostrarum | non possumus procedere per ipsam viam
demonstrativam, quae est progressus ex principiis ad sequentia et ex causa ad
 350 *causatum, nisi aliquibus ordinibus universitatis eorum quae sunt*». Ex hac igitur
 veritate de esse et unitate | Dei excluditur omnis error fatuorum
 dicentium in corde suo quod non est Deus, et etiam omnis vanitas |
 poetarum et philosophorum maxime ydolatrarum, ponentium plures
 Deos esse vel a diversis, secundum quod unusquisque infidelium erran-
 355 tium deum suum posuit quod ei eminentius visum fuerat in rebus, ut
 dicit AUGUSTINUS I° De doctrina christiana, vel ab eodem,
 sive ponendo plures aequales et aequae primos, et hoc vel ambos bonos
 vel unum bonum et unum malum, ut posuerunt Manichaei, seu po-
 nendo unum principalem super omnes quoniam alii omnes non dii sunt,
 360 sed daemonia, secundum illud Psalmus: «*Dii gentium daemonia. Domi-*
nus autem caelos fecit». Et sive ponantur naturae diversae ab eis quae sunt
 circa nos, sive ponantur conformes hominibus et animalibus quibus-
 dam, ut ponebant aliqui, sicut dicit PHILOSOPHUS in XII° Meta phy-
 sicae, seu ponantur homines deificati, ut ponebant pagani, sicut dicit
 365 AUGUSTINUS De civitate Dei, seu ponantur ydola muta. Et secun-
 dum illos de quibus dicitur in Psalmo: «*Simulacra gentium argentum et*
aurum», sive ponantur intelligentiae sive angeli boni, quod videtur po-
 nere ARISTOTELES.

Licet enim ponat primum motorem summum Deum et primum,
 370 alios tamen motores sub ipso etiam ponit deos fuisse in natura et essen-
 tia sua, habentes esse ex se ipsis formaliter, licet inferioris gradus quam
 habeat prima intelligentia. | Unde postquam conclusit in fine XIIⁱ
 Meta physicae quod «*est unus Deus aeternus in fine nobilitatis*», statim
 subdit dicens: «*Aliquam substantiam aeternam non mobilem abstractam a*
 375 *sensibilibus esse manifestum est hoc modo. Et iam declaratum est hanc substantiam*
non habere aliquam magnitudinem, sed neque partem, neque divisionem». «*Et*
manifestum est quod non patitur neque transmutatur». «*Haec igitur manifesta sunt*
esse talia». «*Utrum autem ponenda est substantia talis esse una aut plures, aut quot*
sunt» | considerandum. Et subdit statim determinando circa hoc suam
 380 intentionem dicens: «*Nos autem dicimus de substantiis divinis. Principium enim*
et primum entium non movetur, nec substantialiter nec accidentaliter, et movet et
facit primum motum aeternum». «*Et aeternus motus fit per motorem aeternum, et*
unus per unum. Et nos videmus praeter motum totius simplicem» «*alios | motus*
aeternos qui sunt erraticorum». | «*Necesse est ergo ut unusquisque istorum motuum*
 385 *fiat per aliquid quod est aeternum per se | et per substantiam aeternam*». Ex quo
 concludit dicens: «*Manifestum ergo quod sunt substantiae aeternae naturaliter et*

A 112^{ra}
T' 127^{rb}Bad. 154^{1G}Scarp. 392^bK' 161^{1b}Bad. 154^{1H}S' 67^{1b}I' 114^{1a}P' 135^{1b}

immobiles per se et sine magnitudine propter praedictam causam», ubi manifeste ascribit omnibus aliis easdem proprietates quas ascribit primae substantiae. Gradum tamen inter eas solum assignat, cum dicit: «Quoniam autem substantias esse et earum haec est prima, haec autem secunda secundum ordinem motuum stellarum, manifestum est». Unde statim secundum numerum motuum concludit numerum harum substantiarum, quod sunt quadraginta septem | vel quinquaginta quinque, dicens: «Non est igitur alia natura omnino nisi ista. Immo necesse est ut numerus substantiarum sit iste». Unde concludit deridendo in fine positionem aliorum deorum ab illis quos iam numeravit, dicens: «Alia autem sunt similia fabulis propter usum legum et quod est conferens. Et ideo dicunt quod ista sunt similia quibusdam aliis animalibus et alia similia non convenientia dictis. Si igitur aliquis dixerit ex istis, et acceperit primum tantum, opinabitur quod primae substantiae sunt dii, et recte, et secundum quod oportet». Ubi dicit COMMENTATOR: «Si aliquis exposuerit | sermonem eorum quem dicunt per deos primas substantias quae sunt principia corporum caelestium, tunc expositio erit vera».

Proculdubio ergo ARISTOTELES posuit plures deos naturaliter ex se ipsis existentes, reducendo | omnes ad unum principium, non sicut a quo | alii haberent esse post non esse, sed sicut praecedens eos in ordine dignitatis et principii motivi, a cuius motu | dependent motus omnium aliorum per ordinem, et quod uniformiter semper prior habet causalitatem super posteriorem, qualem primus super omnes, sed immediate super unum sibi proximum, et mediante illo super omnes alios. Et quod omnes secundum gradus suos haberent communiter causalitatem super omnia inferiora et non unus sine aliis, ut primus nihil poterit agere nisi per motum et mediantibus aliis, ut sic non sit summus deus secundum eum nisi quaedam intelligentia ceteris nobilior et gradus superioris, non tamen in infinitum distantis ab aliis. Et quod quaelibet earum ex se esset virtutis et substantiae infinitae, licet illa superior primum gradum haberet actionis in movendo | alias, et eis influendo per suum motum, ita etiam quod nulla illarum agere posset nisi mediante motu sui corporis. Propter quod dicit ibi COMMENTATOR: «Quod moderni dicunt substantiam | primam esse priorem motore totius, falsum est. Quaelibet enim substantia est principium substantiae sensibilis et secundum finem et secundum motorem. Et ideo dixit Aristoteles: «Si aliqua substantia esset non movens, esset otiosa», ita ut dicamus quod una actio sequitur unum agentem tantum. Tamen est illic causa et | causatum, secundum quod intellectum est causa intelligentis, et quod «nulla intelligentia est forma, quasi finis communis et universalis, nisi illa» prima. «Dispositio enim in iuvamento corporum caelestium ad invicem in creando entia quae sunt hic et conservando est sicut dispositio regentium bonorum, qui iuvant se» etc., ut dictum est supra. Et ideo ARISTOTELES non posuit

390

395

400

405

410

415

420

425

- plus distare supremum Deum ab aliis quam ducem in civitate a civibus,
 vel ducem exercitus a commilitonibus ad invicem se | habentibus
 430 secundum gradus et ordines. Bad. 154^{vH}
- PLATO autem licet deos vocavit intelligentias sub summo deo,
 multo tamen melius | sentiebat | de ipso et fidei magis convenientia
 quam ARISTOTELES. Posuit enim illum summum non solum aeternum,
 sed alios ab illo incepisse, et esse eorum conservari, et in potentia illius
 435 semper esse ut ad voluntatem eius dissolvi possint, sicut et totum
 mundum per gradus tamen et ordines rerum, secundum quod dicit in
 II° T i m a e i: «*Dicendum est cur rerum conditor fabricatorque naturae omne hoc
 instituendum putaverit*», et cur subdit dicens: «*Optimus erat, ab | optimo porro*
 440 *invidia longe relegata est. Itaque consequenter cuncta sui similia prout natura
 cuiusque capax esse beatitudinis poterat effici voluit; quam quidem voluntatem dei
 originem rerum | certissimam si quis ponat, recte eum putare consentiam*». Unde et
 specialiter ad deos posteriores loquens longe post dicit: «*O dei deorum,
 quorum opifex idemque pater ego, opera siquidem vos mea dissolubilia natura, me
 tamen ita volente | indissolubilia*», «*quia facti generatique estis, immortales quidem*
 445 *nequaquam, nec omnino indissolubiles, nec tamen umquam dissolvemini, nec mortis
 necessitatem subibitis, quia voluntas mea maior est nexus et vegetior ad aeternitatis
 vestrae custodiam quam illi nexus vitales ex quibus aeternitas vestra | coaugmen-
 tata atque composita est*». Natura ergo PLATO solum unum deum posuit,
 participatione autem quadam immortalitatis et adoptione substantias
 450 intellectuales proximiores deo ceteris deos appellavit. Quod non est
 absurdum a modo Scripturae Sacrae, | secundum quod dicitur in
 P s a l m o: «*Non est similis tui in diis, Domine*». Et iterum: «*Ego dixi: dii
 estis*». Ille autem qui verus Deus et naturalis est non nisi unicus est, ceteri
 autem creaturae eius sunt, quod PLATO verius quam ARISTOTELES
 455 sentiebat, ut dictum est.
- Hanc talem unitatem Dei AVICENNA I° M e t a p h y s i c a e suae
 professus est Deo inesse, cum dixit: «*Dicamus esse | impossibile ut ei quod*
 460 *est necesse esse sit compar aliud necesse esse, ita ut hic simul habeat esse cum illo*»,
 «*nec unum eorum sit causa alterius, sed sint aequalia in comitatu essendi*», ita ut
 eius esse non dependeat ex esse alterius, nec comitetur illud. Et non
 solum sic esse dixit, sed etiam efficacissima ratione convincit, arguendo
 sic: «*Necesse esse debet esse unica essentia. Sin autem sunt multae, ut unaqueque
 earum sit necesse esse*», aut ergo unum eorum differt ab altero «*in certitudine
 465 essentiae suae*», ita quod unum habet eam ab altero, et tunc non est Deus
 nisi unus illorum est, ille scilicet a quo alter habet esse, quia Deus non
 potest esse qui habet esse suum ab altero, aut non, sed uterque | habet
 eam a se ipso, et tamen differunt «*per hoc quod hoc non est illud*». Et repro-
 bat hoc membrum ratione divisiva tali. Si ponantur duo non differre in
 Bad. 154^{vM}

	certitudine essendi in hoc quod unum eorum sit ab altero, quia utrum- que eorum ex se est necesse esse, sed differunt « <i>ex eo quod hoc non est</i>	470
Scarp. 394 ^a	<i>illud</i> », tunc aut unum eorum differt ab altero, « <i>eo quod est praeter intellectum</i>	
	suae <i>essentiae</i> », et ita per aliquid adiunctum essentiae unius quod non est	
P' 136 ^{rb}	adiunctum essentiae alterius, neque de ratione essendi illius, aut unum	
K' 162 ^{ra}	differt ab altero, eo quod est de sua ratione essendi et de intellectu	
R' 82 ^{ra}	suae essentiae quod non est de ratione essendi neque de intellectu	475
	alterius, quia scilicet proprietas et solitudo unius in necessitate essendi non est proprietas et solitudo alterius.	
	Hanc divisionem non proponit, sed membra eius exequitur et interimit primo primum, dicens quod si illa quae dicuntur convenire in necessitate essendi eo solo differunt quod est praeter intellectum essen- tia eorum, quod scilicet est adiunctum essentiae unius et non est	480
	adiunctum essentiae alterius, tunc illud additum intentioni essendi in qua conveniunt, aut est necessarium ad intentionem essendi in qua con- veniunt, aut non. Si sic, tunc quaecumque convertuntur in necessitate essendi necesse est ut in eo conveniant ex quo sunt necesse esse. Si non,	485
	tunc necessitas essendi eis communis aut est eis communis ut genus aut ut species, ut scilicet necessitas essendi sit eis intentio vel generalis vel specialis. Si dicatur quod generalis, aut ergo dividitur in illa duo per differentias aut per accidentia.	
	Per accidentia non potest, quia accidens tale necessario con- sequens est, vel ex ipsa ratione essendi, et tunc oporteret ut ambo convenirent intentione illius accidentis, quia ubi eadem est causa, et idem effectus. Sed positum est quod in ea differrent, et sic convenirent et differrent in eodem, quod est inconveniens. Vel accidit illa intentio accidentis ex causis extrinsecis, et tunc sequitur quod non differrent in	490
I'114 ^{va}	certitudine essendi, si non esset talis causa extrinseca. Et quod si esset talis causa quae sola faceret eos differre in necessitate essendi, neutrum eorum esset per se singulariter necesse esse, sed necessitas essendi utriusque eorum sibi propria et solitaria ab illo esset ei acquisita, et neutrum eorum a se illam haberet, quod est contra naturam eius quod	495
A 112 ^{vb}	est necesse esse, quia ipsum necesse esse id quod est necesse esse in	
Bad. 155 ^{ra}	sua singularitate debet habere per se, non per aliud.	500
	Similiter per differentias dividi non potest. Cum enim differentiae non sunt de ratione generis et certitudo essendi secundum positionem est eorum genus commune, differentiae illae non acquirerent eis certitu- dinem essendi, sed esse aliquid in actu sub illa. Rationale enim non acquirat animali intentionem qua est animal, sed qua est hoc animal, homo vel asinus; quod est inconveniens in proposito, primo quia illud esse in actu non potest esse nisi necessitas essendi, quia quanto aliquid	505
Bad. 155 ^{ra}		
J' 59 ^{rb}		

- 510 magis est in actu perfectum, tanto illi magis convenit essendi | necessi- T' 128^a
 tas. Sed illud est | ratio generis in quo conveniunt, et ratio generis non Scarp. 394^b
 acquiritur per differentiam, ut dictum est. Unde dicit in lib.° IV° | : S' 67^{vb}
 «*Rationale* enim non est conditio ut ex ea pendeat animal | quantum ad K' 162^{rb}
intentionem animalis et certitudinem eius», sed ad hoc ut habeat esse
- 515 signatum in specie. Nunc autem si ipsum necesse esse esset intentio
 communis et esset differentia qua egeret ad hoc ut necesse esse haberet
 esse, tunc id quod esset ei quasi differentia esset intra quidditatem eius
 quod est quasi genus, quod est impossibile. Primo ergo est inconueniens
 necesse esse dividi per differentias acquirentes esse aliquid in actu sub
- 520 necessitate essendi. Idem | secundo est inconueniens, quia tunc necessi- P' 136^{va}
 tas essendi hoc dependeret ab alio quam quod in se est necesse esse.
 Positum enim est quod sit necesse esse per se, in quo conveniunt ambo,
 et impossibile est quod idem simul sit necesse esse per se et per aliud, ut
 probatum est supra in quaestione an Deus habeat esse a se. Postquam
- 525 igitur necessitas essendi duobus communis quorum utrumque est
 necesse esse non potest esse intentio generalis, necesse est quod sit
 intentio specialis, quod non potest esse, quoniam «*singularia eiusdem*
speciei, postquam non sunt divisa in intellectu essentiae, in illa unum sunt, et si
 sint diversa debent esse *divisa accidentibus*» vel per materias, quia differen-
- 530 tiis non dividitur nisi genus, et iam ostensum est quod necesse esse
 accidentibus dividi non potest. Per materias etiam dividi non potest,
 quia necesse esse non potest habere materiam, quia materia est in poten-
 tia esse.
- Deinde interimit membrum secundum praemissae subdivisionis
- 535 dicens: «*Si quis vero dixerit quod necessitatem essendi esse proprietatem huius*
non prohibet eam esse proprietatem alterius. Eam enim esse alterius non removet eam
esse proprietatem huius», ut ipsa sicut species una ex se sit tota sine aliquo
 addito in diversis individuus, puta si ponantur duo angeli eiusdem esse
 speciei sine omni materia et accidente quibus distinguantur, sed quod
- 540 solum se ipsis distinguantur, licet exemplum non sit omnino simile:
 «*Dicemus*», inquit, «*quia hoc quod dicimus, quod necessitas essendi assignatur*
proprie illi in quantum est illius et in quantum consideratur non esse alterius,
intelligitur quod non est proprietas alterius ipsamet, sed consimilis eius, quoniam ipsa
non debetur nisi ipsi soli», sicut positus duobus angelis eiusdem speciei id
- 545 quod unus est re non est id quod alter re, sed consimile ei. Sed tunc
 «*postquam unum eorum est necesse esse vel idem ipsum*», in eo scilicet quod est
 necesse esse et in eo quod est hoc singulare, «*erit unum tantum*», | ut nulla
 sit ratio diversitatis in eo ex hoc quod dicitur esse hoc ipsum proprie et
- 550 quod dicitur esse necesse esse. | «*Et tunc quod est necesse esse erit quod*
ipsum», id est quod est hoc singulare, «*et non aliud praeter | ipsum*». Et tunc
 I' 114^{vb}
 K' 162^{ra}
 R' 82^b

- Scarp. 395^a sicut id quod est | hoc singulare non potest esse nisi unum, quia singularitas | ut singularitas incommunicabilis est, sic nec ipsum necesse esse potest esse in pluribus quam in uno, «*vel ipsum esse necesse esse erit aliud quam ipsum esse ipsum, et tunc coniunctio horum diversorum quod est ipsum esse ipsum et quod est ipsum esse necesse esse, ut quod ipse idem sit ipsum necesse esse, vel erit per se ipsum vel per causam aliam praeter se facientem illud esse necesse esse. Si autem fuerit ex se ipsum quod est ipsum necesse esse, tunc quicquid est necesse esse erit illud idem*», aliter enim non esset per se ipsum necesse esse. «*Si vero fuerit id quod ipsum quod est necesse esse per causam aliam facientem illud esse necesse esse, tunc de eo quod ipsum est ipsum idem erit causa, et proprietatis sui esse solitarii erit causa*», quia in suo solitario esse et proprietario secundum positionem non habet aliud esse quam necesse esse. «*Igitur quod est ipsum et quod est necesse esse totum est causatum in eo, | quod est inconueniens*». Ex quo efficacissime et verissime concludit dicens: «*Necesse igitur esse est unum, non sicut species sub genere, et est unum numero, non sicut individuum sub specie, sed est intentio quae designat illud tantum suo nomine in cuius esse nihil aliud sibi communicat*», immo, quod amplius est, nec communicare potest, ut ostensum est.
- T' 128th | Secundam deductionem | inducit ad idem lib.° VIII° dicens: Bad. 155^o «*Certitudo primi est ipsi tantum et non alii. Unus enim in quantum est necesse esse est id quod ipsum est et eius essentia*», id est quod ab eodem habet quod sit hoc et quod sit essentia quaedam et necesse esse simpliciter, propter quod impossibile est ipsum plurificari. «*Verbi gratia, si id quod est necesse esse sit hic homo, tunc necesse est ut hic sit hic propter humanitatem, id est quia est homo, quod si propter hoc quod est homo sit hic homo, tunc humanitas indicat tantum hunc hominem. Si enim esset humanitas alii praeter hunc, tunc non indicaret humanitas hunc, et hic non est factus hic nisi propter aliam causam praeter humanitatem. Similiter est dispositio*» «*de necesse esse. Si enim ipsa per se ipsam fuerit hoc signatum, tunc impossibile est ut illa certitudo | sit alii nisi illi, alioquin ipsa certitudo in se non esset hoc. Si autem certitudo huius intentionis non fuerit huic signato ex se ipso, sed ex alio a se, quare cum nec | ipsum est ipsum nisi quia ipsum est haec intentio | signata, tunc proprium esse eius erit ei acquisitum ab alio a se, et sic non erit ipsum necesse esse, quod est impossibile et contra positum. Igitur certitudo de necesse esse uni tantum est, quod scilicet est necesse esse*». «*Duo enim non sunt duo nisi propter intentionem, vel propter sustinens intentionem vel propter id in quo sunt et propter locum et propter horam et tempore et omnino propter aliquam causam. Quaecumque autem non differunt per intentionem, differunt per aliquid quod accidit intentioni et est adiunctum ei. Quod ergo non habet esse nisi | intentionis nec pendet ex causa extrinseca nec ex dispositione extrinseca, in qua differt ab alio sibi consimili? Illud non est aliud ei communicans in sua intentione. Igitur primo nihil est aequale*». 555
560
565
570
575
580
585
590
- P' 136th in eo, | quod est inconueniens». Ex quo efficacissime et verissime concludit dicens: «*Necesse igitur esse est unum, non sicut species sub genere, et est unum numero, non sicut individuum sub specie, sed est intentio quae designat illud tantum suo nomine in cuius esse nihil aliud sibi communicat*», immo, quod amplius est, nec communicare potest, ut ostensum est.
- S' 68^a | ipsam fuerit hoc signatum, tunc impossibile est ut illa certitudo | sit alii nisi illi, alioquin ipsa certitudo in se non esset hoc. Si autem certitudo huius intentionis non fuerit huic signato ex se ipso, sed ex alio a se, quare cum nec | ipsum est ipsum nisi quia ipsum est haec intentio | signata, tunc proprium esse eius erit ei acquisitum ab alio a se, et sic non erit ipsum necesse esse, quod est impossibile et contra positum. Igitur certitudo de necesse esse uni tantum est, quod scilicet est necesse esse». «*Duo enim non sunt duo nisi propter intentionem, vel propter sustinens intentionem vel propter id in quo sunt et propter locum et propter horam et tempore et omnino propter aliquam causam. Quaecumque autem non differunt per intentionem, differunt per aliquid quod accidit intentioni et est adiunctum ei. Quod ergo non habet esse nisi | intentionis nec pendet ex causa extrinseca nec ex dispositione extrinseca, in qua differt ab alio sibi consimili? Illud non est aliud ei communicans in sua intentione. Igitur primo nihil est aequale*». 555
560
565
570
575
580
585
590
- K' 162th Bad. 155^o | ipsam fuerit hoc signatum, tunc impossibile est ut illa certitudo | sit alii nisi illi, alioquin ipsa certitudo in se non esset hoc. Si autem certitudo huius intentionis non fuerit huic signato ex se ipso, sed ex alio a se, quare cum nec | ipsum est ipsum nisi quia ipsum est haec intentio | signata, tunc proprium esse eius erit ei acquisitum ab alio a se, et sic non erit ipsum necesse esse, quod est impossibile et contra positum. Igitur certitudo de necesse esse uni tantum est, quod scilicet est necesse esse». «*Duo enim non sunt duo nisi propter intentionem, vel propter sustinens intentionem vel propter id in quo sunt et propter locum et propter horam et tempore et omnino propter aliquam causam. Quaecumque autem non differunt per intentionem, differunt per aliquid quod accidit intentioni et est adiunctum ei. Quod ergo non habet esse nisi | intentionis nec pendet ex causa extrinseca nec ex dispositione extrinseca, in qua differt ab alio sibi consimili? Illud non est aliud ei communicans in sua intentione. Igitur primo nihil est aequale*». 555
560
565
570
575
580
585
590
- Scarp. 395^b | ipsam fuerit hoc signatum, tunc impossibile est ut illa certitudo | sit alii nisi illi, alioquin ipsa certitudo in se non esset hoc. Si autem certitudo huius intentionis non fuerit huic signato ex se ipso, sed ex alio a se, quare cum nec | ipsum est ipsum nisi quia ipsum est haec intentio | signata, tunc proprium esse eius erit ei acquisitum ab alio a se, et sic non erit ipsum necesse esse, quod est impossibile et contra positum. Igitur certitudo de necesse esse uni tantum est, quod scilicet est necesse esse». «*Duo enim non sunt duo nisi propter intentionem, vel propter sustinens intentionem vel propter id in quo sunt et propter locum et propter horam et tempore et omnino propter aliquam causam. Quaecumque autem non differunt per intentionem, differunt per aliquid quod accidit intentioni et est adiunctum ei. Quod ergo non habet esse nisi | intentionis nec pendet ex causa extrinseca nec ex dispositione extrinseca, in qua differt ab alio sibi consimili? Illud non est aliud ei communicans in sua intentione. Igitur primo nihil est aequale*». 555
560
565
570
575
580
585
590

- Et subdit continuo ad idem tertiam deductionem, dicens: «*Item dico quod necessitas essendi non potest esse intentio in qua communicet aliquid aliud a se illo modo ita ut sint convenientia in certitudinibus*» «*nec sunt diversa certitudinibus.*»
- 595 Quia enim *necessitas essendi | non habet quidditatem adiunctam sibi nisi ipsam necessitatem essendi*», ut dictum est supra et infra dicitur, «*necesse est ut id in quo singula quae sunt necesse esse differunt post convenientiam in quidditate et necessitate essendi sit aliquid quod est vel in | omnibus illis vel in nullo illorum vel sit in aliquibus et in aliis non sit*». Bad. 155^{vP}
- 600 Huius divisionis trimembris primo destruit secundum, dicens quod: «*Si non fuerit alicui eorum, tunc non erit in eis aliquid propter quod accidit in eis diversitas post convenientiam ipsorum, quare cum in certitudinibus essendi, ut suppositum est, non sit inter ea diversitas omnino, ergo sunt convenientium certitudinum*». Falsum ergo est quod | positum est, diversas P' 137^a
- 605 scilicet esse certitudines | eorum postquam in certitudine et necessitate essendi convenient. I' 115^a
- Secundo destruit tertium membrum, dicens quod: «*Si fuerit aliquibus eorum et aliquibus non, verbi gratia quod unum eorum | ita sit discretum ab alio quod habeat certitudinem necessitatis essendi et insuper aliquid aliud quod est conditio discretionis, et alii similiter est certitudo necessitatis essendi, sed cum privatione illius conditionis, ita quod non sit discretum ab hoc nisi per privationem huiusmodi*», tunc erit ei «*necessitas essendi et certitudo quam habet ex hoc quod stabilitur existens cum privatione illius conditionis quae sequitur illud, quare cum privatio non habet intentionem acquisitam in rebus (alioquin essent in aliquo intentiones infinitae; ea enim quae ab aliquo | removentur infinita sunt comparatione eorum quae de ipso affirmantur, de quibus fierent negationes infinitae), non potest igitur esse quin necessitas essendi sit ei certificata sine | additione quae est ei, aut non. Si autem non sine additione quae est ei, tunc quod erit sine illa non habebit necessitatem essendi, et conditio in necessitate essendi erit in altero*», quod J' 59^{va}
- 610 est impossibile, quia tunc non esset ex se necesse esse. «*Si autem sine additione, tunc additio erit superflua et non erit de necessitate essendi, et erit compositum; | sed necesse esse non est compositum*». K' 163^{ra}
- 615 Tertio destruit primum membrum divisionis principalis praepositae duplici ratione. Prima ostensiva et simplex est talis: «*Si fuerit unicuique eorum aliquid per quod discernitur ab altero, tunc hoc indicat compositionem in utroque eorum*», quae non potest cadere in eo quod est necesse esse, secundum quod inferius ostendetur. Secunda ratio composita est et divisiva, cuius primo | proponit duo membra, dicens quod illud «*non potest esse quin aut necessitas essendi sit perfecta absque unaquaque dictarum conditionum vel sit ei in utroque conditio haec per quam perficiatur*». R' 82^{va}
- 620 Deinde prosequitur interimendo primo primum membrum, dicens quod «*si fuerit perfecta absque illis conditionibus, tunc in necessitate essendi non*». Bad. 155^{vQ}
T' 128^{va}
- 625 Scarp. 396^a
- 630

est diversitas per essentiam, sed per accidentia quae sequuntur, quibus non eget necessitas essendi ad suam existentiam», quae impossibile est cadere in eo quod est necesse esse, ut dictum est in prima ratione. 635

Deinde interimit secundum membrum ratione divisiva bimembri, cuius membra ponit primo dicens quod «*si non perficitur necessitas essendi sine illis conditionibus additis, tunc necessario non perficietur sine illis conditionibus ad habendum in eis certitudinem necessitatis essendi, aut necessitas essendi erit intentio certificata in se ipsa, ita ut nec illa duo nec altera duo sint intra identitatem essendi secundum quod est necesse esse, sed est necessarium ut sit ei acquisitum esse cum aliquo illorum*». Et hoc secundum membrum declarat per exempla duo, si tamen veritatem in se habet, sed nihil restat ad propositum, dicens: «*Verbi gratia, sicut hyle cuius substantialitas, quamvis sit in definitione suae hyleitatis, tamen suum esse in effectu non est nisi per hanc | formam vel per aliam; colorem quoque, quamvis differentia nigredinis non constituit | in quantum est color nec differentia albedinis, tamen unaquaeque earum est ei quasi causa ad essendum in effectu | et ad habendum esse, nec una earum tantum est causa eius, sed quaecumque evenerit, quamvis illa sit in una dispositio|ne, et haec in alia*». 640

S' 68th 645
A 113^{va}
P' 137th
Bad. 155^{vr}

Deinde destruit primum membrum huius ultimae divisionis, dicens quod «*si fuerit res secundum iudicium primi modi, tunc unumquodque | eorum erit intrans in constitutione necessitatis essendi et erit conditio in illo. Oportebit igitur quod ubicumque fuerit necessitas essendi quod illa conditio ex utroque confecta simul sit cum eo*», et non solum erit una illarum conditionum in uno et alia in alio, sed ambae in unoquoque. Et si sic, per illas distingui non possunt, sicut nec per ipsum necesse esse in quo conveniunt. 650

K' 163th 655

Deinde destruit secundum membrum, dicens quod: «*Si fuerit secundum iudicium modi secundi, tunc necessitas essendi indigebit | aliquo per quod habet esse, et esset ei esse, non nisi postquam affirmaretur ei intentio illa qua ipsum necesse esse est*», sicut materia non existit in actu nisi per formam, et color nisi per albedinem et nigredinem. «*Egeret ergo alio per | quod haberet esse, quod est inconveniens*», quia ipsum necesse esse includit ex se ipso esse in actu, sicut color ex se includit coloreitatem, et hyle hyleitatem, licet non includant ex se in actu entitatem. Unde sicut differentia albedinis et nigredinis non adduntur ad colorem ad faciendum coloreitatem, neque forma ad hyle ad | faciendum hyleitatem, «*sic oportet ut proprietates dictarum conditionum non sit aliquid ad stabiliendum necessitatem essendi*». Est autem hic advertendum quod non potest esse simile omnino de | necesse esse respectu coloris et hyle quo ad esse in actu, quia illa per id quod sunt in essentia sua non includunt in se esse in actu, sicut facit necesse esse, «*quoniam necesse esse est stabilitum esse, immo ipsum est stabilimentum essendi*. Et esse est conditio in stabilienda quidditate eius quod est necesse esse, vel ut verius dicatur ipsum est ipsum esse in effectu cum 660

I' 115th 665
Bad. 156^{vr}
Scarp. 396^b
Bad. 156^{rs} 670

- 675 *privatione privationis vel prohibitionis destructionis». Necessse enim esse est id quod est non potens non esse. «In colore autem esse est consequens quod sequitur quidditatem quae est color. Igitur quidditas quae per se ipsam est color invenitur in effectu per esse». Et est ei esse illud acquisitum a causa sua, quod quidem esse non est causa in stabilienda quidditate coloris, | sed proprietas essendi.* T' 128^{vb}
- 680 Revertentes igitur ad propositum dicamus secundum AVICENNAM et rei veritatem quod: «*Si esse in eo quod est necesse esse non esset causa formalis intrinseca ad stabiliendum quidditatem necessitatis essendi, sed esset proprietas essendi in quantum acquiritur sibi esse, et sic esse esset aliquid praeter illam quidditatem, veluti colori quod est in actu est aliquid praeter quidditatem*
- 685 *coloris, tunc procederet hoc secundum considerationem ceterarum rerum communium determinatarum suis differentiis, vel substantialibus vel accidentalibus, | et ideo diversarum intentionibus diversis, et oporteret ut esse ei esset acquisitum ad hoc ut esset eius necessitas. Igitur proprietas esset sic, quia in aliquo indigeret ea in quo in rei veritate non indigeret ea, quod est absurdum et inconveniens, quia tunc esse*
- 690 *esset in eo aliquid et non esset ipsum esse. Sed certitudo illius | quod est necesse esse egeret alio secundo esse ad quod sequatur ei esse, sicut certitudo coloris eget quod sit ei causa essendi, quod est impossibile. Si enim certitudo necessitatis essendi penderet ex aliquo dante sibi necessitatem, tunc necessitas essendi in se*
- 695 *esset possibilitas | essendi», quod non est verum. Ex quibus concludit in | fine huius materiae: «Probatum est igitur quod in necessitate | essendi non est communicatio. | Igitur primo nihil communicat». Et sic patet quod non est ponere alium deum communicantem ei in natura deitatis, ita quod nec possibile est esse alium. Et ne dicatur quod sit alius deus malus non communicans ei in natura, sed contrarius et contrariae naturae ei*
- 700 *existens vel quod possibile est esse talem, subdit: «Postquam autem liberum est a materia et ab eius appendiciis et ab omni corruptione, et utraque haec sunt conditio eius quod cadit sub contrarietate, tunc primus non habet contrarium».*
- Ex | hiis patent multa superius determinata circa esse Dei et eius quidditatem. Patebunt etiam multa inferius determinando circa consequentia ad esse Dei et eius unitatem, ut sunt immutabilitas, simplicitas et cetera huiusmodi, de quibus infra videbitur.
- 705

<AD ARGUMENTA>

- 710 | Ad primum in oppositum, quod possibile est mundos esse plures, ergo et plures deos, dicendum ad hoc quod multum restat inter opinionem Philosophi ARISTOTELIS de primo principio et fidem catholicam, quae innititur ipsi primae veritati a qua plures philosophi devia-
- Bad. 156^v

S' 68 ^{va}	runt. Fidei enim veritas, cui concordat omnis recta ratio, tenet quod	
I' 115 ^{va}	unum est primum principium omnium a quo omnia habent esse, non necessitate naturae, sed libera voluntate nulli necessitati annexa, cuius	715
	solius est actio propria et immediata creaturam omnem de non esse in esse producere sine omni medio materiali vel agente in hoc ei suffra- gante. Actio autem secundaria est creaturas quasdam mediantibus quibusdam gubernare, licet immediate posset. E contra autem est opinio PHILOSOPHI, quod scilicet etsi a principio primo omnia alia habent esse effective, hoc est eis esse suum in gradu inferiori communicando, et hoc	720
K' 163 ^{vb}	naturae necessitate, non tamen aliquid de non esse absoluto in esse producendo, et quod eius operatio propria sit primum mobile movere et necessitate naturae ei coniunctum esse et determinate et mediante motu eius omnia alia regere et gubernare, nec aliquid novi nisi mediante illius motu agere, secundum quod suis locis ex dictis eius omnia ista	725
	poterunt declarari. Unde huic veritati catholicae praedictae obvians COMMENTATOR in XII ^o Metaphysicae dicit: « <i>Moderni dicunt substantiam primam esse priorem motore totius, quod falsum est. Quaelibet enim substantia istarum est principium substantiae sensibilis</i> », et ut dicit quod « <i>ideo dixit Aristoteles, quod si essent aliquae substantiae abstractae non moventes essent otiosae</i> ». Unde dicit quod « <i>hoc quod dicit Plato in suis verbis obscuris, quod creator creavit angelos, deinde praecepit eis creare alia mortalia, et remansit ipse in quiete sine labore, non est intelligendum ad litteram</i> ». Et addit quod « <i>forte aestimare hoc in Deo fuit causa sabbati positi in lege filiorum Israel</i> ».	730
Bad. 156 ^{vx}	Sicut ergo PHILOSOPHUS posuit caelum esse propter suum	735
P' 137 ^{vb}	motum, et non posse existere nisi moveret, sic posuit perfectionem dei esse in movendo caelum, et non existeret vel vanus esset et otiosus nisi moveret, sicut neque quaecumque res potest esse sine eo quo perfici- tur in suo esse. Et ideo sicut ex naturali colligantia unitas formae determinatur unitate materiae et e converso, sic posuit unitatem primi	740
T' 129 ^{va}	mobilis sive mundi per consequens determinari unitate primi principii moventis ipsum, et similiter de aliis mobilibus et motoribus, quia, ut dicit in XII ^o , « <i>motus aeternus fit per motorem aeternum, et unus per unum</i> ». Et e contra intelligendum secundum ipsum quod plures per plures, et ideo ad unitatem principii moventis posuit sequi unitatem mobilis, et e con- verso, tam circa primum movens et mobile suum, quam circa posteriora	745
Bad. 156 ^{vx}	et mobilia eorum. Et ita si primum caelum esset plures numero et idem specie, et primi moventes, et e converso, et similiter de ceteris. Et supposuit utrumque esse impossibile.	
Scarp. 397 ^b	Unde et probat I ^o Caeli et mundi pluralitatem mundi	750
A 114 ^{va}	omnino esse impossibile. Fundamentum autem eius est quod non est in aliquibus multitudo secundum numerum nisi in quibus est materia	

- generabilis et corruptibilis particularis secundum quantitatem, ut secundum diversas partes materiae eiusdem sub diversis partibus quantitatis
 755 diversetur forma secundum numerum perficiens diversas partes materiae, secundum quod dicit in VII^o *Metaphysicae*: «*Neque demonstratio neque definitio est sensibilem particularium. Habent enim materiam quae habet naturam qua res potest esse et non esse; et ideo corrumpuntur omnino particularia*». Unde et in aeternis tam corporalibus quam incorporalibus non posuit
 760 speciem subsistere nisi in unico | supposito. Unde et dicit in XII^o, unde sumptum fuit argumentum: «*Si plures essent caeli ut homines*», plures scilicet numero et unus specie, «*foret principium*» movens quod est circa unumquodque caelum «*specie unus, numero vero multa. Sed quaecumque sunt numero multa, | habent materiam*». K' 164^a
- 765 Nos autem e contrario dicimus quod Deus est primus motor universalis nulli mobili determinatus, neque etiam universo, neque ullo modo ab ipso in suo esse dependet, sed e contra. Et ideo super pluralitatem mundorum habet potentiam vel successive plures producendo continue in infinitum, permittendo scilicet unum cadere in | nihilum et
 770 alium iterato producendo, vel simul alium mundum vel alios isti communicando, quorum unus ab altero non dependeret, sed ambo ab uno Deo, ut non oporteret plures mundos reducere ad aliquam unitatem inter se, sed solum ad unum principium omnium. Et est falsum quicquid PHILOSOPHUS in huiusmodi suis principiis supposuit, et dictam rerum
 775 connexionem | esse et individua sub specie multiplicari non posse nisi per | materiam, secundum quod alias omnia ista proprias debent habere determinationes. R' 83^a
P' 138^a
- Unde ex unitate Dei et quod non possunt esse plures non potest argui quod non possunt esse plures mundi, sed solum potest probari
 780 quod sit unus tantum, non ex necessitate aliqua naturae rerum, sed ex congruentia correspondentiae exemplati ad exemplar, iuxta quod tamen plura exemplata possent produci. Et secundum hunc modum | PLATO Scarp. 398^a
 785 in II^o *Timaei* ex unitate Dei probavit unitatem mundi, cum dixit: «*Nunc utrum recte mundum unum dixerimus aut plures dici oportuerit vel | innumerabiles considerandum*». Et statim respondet, dicens: «*Unum plane, quia iuxta exemplar formatus est*». Et quod illud exemplar sit unum continue probat, dicens: «*Id enim quod universa continet intelligibilia cum alio secundum esse non poterat. Utrum enim ex duobus contineret omnia non, opinor, liqueret, nec esset unum simplex*» «*cuncta continens, sed coniugatio copulata*». | Sed S' 68^{ab}
J' 60^a
 790 de hoc satis visum est. Iam ex quo statim concludit intentum, dicens: «*Ut igitur exemplari cuius aemulationem imitabatur, etiam in numero similis esset, idcirco neque duo neque innumerabiles mundi, sed unicus a Deo factus*». Quin tamen plures poterant facti fuisse, non negant.

	Haec igitur sit ars nostra contra philosophos, in principiis suis eis	
T' 129 ^b	obsistere in omnibus in quibus veritati fidei contrariantur. Aliter enim	795
	in eis quae sunt post principia non possemus eis resistere, propter quod	
K' 164 ^b	ORIGEN in Homilia IV ^a super Exodum exponens illud quod	
	dixit Dominus Moysi Exodi VII ^o : «Stabis in occursum eius super ripam	
A 114 ^b	fluminis», dicit: «Sed nec illud putandum est nobis inaniter observatum quod primo	800
	quidem Moyses non intrat ad Pharaonem, sed occurrit ei exeunti ad aquas,	
	postmodum vero intrat ad eum», «et in hoc arbitror intelligi posse quod si nobis in	
	verbo Dei et religionis assertionem certamen est adversus Pharaonem», «et est nobis in	
	disputatione luctamen, non statim prima fronte ingredi debemus ad ultima quaestio-	805
	num loca, sed occurrendum est nobis adversario ad aquas suas. Aquae enim suae	
	sunt auctores gentilium philosophorum. Ibi ergo nobis primo disputare volentibus	
	occurrendum est, ut ipsos arguamus et ipsos errasse doceamus. Post hoc iam in-	
	grediendum nobis est et ad interiora certaminis. Dominus enim dicit: 'Nisi quis prius	
	alligaverit fortem, non potest intrare in domum eius et vasa eius diripere'. Prius ergo	810
	alligandum est fortis et quaestionis vinculis costringendum et ita introendum ad	
	diripiendum vasa eius et liberandas animas, quas deceptione et fraude possederat.	
Bad. 156 ^v ^z	Quod cum fecerimus, stemus contra ipsum eo modo quod dicit Apostolus: 'State	
Scarp. 398 ^b	ergo succinti lumbos vestros in veritate».	
	Ad secundum, quod bonum est sui ipsius diffusivum, dicendum	
	quod verum est, non tamen nisi secundum modum quo possibile est	
P' 138 ^b	diffundi, sicut et natura semper facit quod melius, cum tamen est	815
	possibilius. Sciendum igitur quod Deus, quia est summa bonitas, omni	
	modo quo possibile est fieri diffusionem sui se diffundit. Cum enim	
	diffusio non fit nisi secundum aliquam diversitatem et secundum ali-	
	quam identitatem, sicut est habitudo inter principiatum et principium,	
I' 116 ^a	quia «nihil se ipsum producit in esse» secundum AUGUSTINUM princi-	820
Bad. 157 ^v ^z	picio De Trinitate, etiam «omne quod fit, fit a sibi simili», secundum	
	PHILOSOPHUM in VII ^o Metaphysicae. Identitas diffundentis se ad	
	illud in quo se diffundit potest esse vel realis similitudinis vel analogiae	
	et proportionis.	
	Secundo modo diffundit se divina bonitas in creaturas secundum	825
	scilicet diversitatem substantiae et suppositi, manente sola identitate seu	
	unitate analogiae et proportionis unius ad alterum, in quantum id quod	
	est bonitas in Deo per essentiam in creaturis est per quandam participa-	
	tionem, et hoc in earum essentia, non secundum aliquid additum essen-	
	tiae earum, ut probat BOETHIUS in libro Hebdomadibus.	830
	Primo modo potest intelligi se bonitas diffundere dupliciter secun-	
	dum duo quae possunt esse in natura se diffundente, scilicet natura et	
K' 164 ^{va}	suppositum. Potest ergo se diffundere secundum identitatem substan-	
	tiae in diversitate suppositi vel e converso secundum identitatem sup-	

835 positi in diversitate substantiae. Primo modo dupliciter: vel secundum
identitatem naturae secundum speciem differentis aut secundum nume-
rum suppositi. Hoc modo diffusio est per generationem naturalem, sed
impossibilis est in Deo, quia divina natura communis esse non potest, ut
ostensum est sufficienter. Sed talem diffusionem quaerebat argumen-
840 tum. Vel secundum identitatem naturae secundum numerum in diversi-
tate suppositi: sic est diffusio bonitatis divinae naturae in tribus divinis
personis. Diffusio autem secundum identitatem suppositi in diversitate
substantiae est diffusio eiusdem personae super duas naturas in Christo.

ARTICULUS XXVI

DE NATURA ET ESSENTIA DEI

Scarp. 399 | Viso de hiis quae pertinent ad Dei entitatem et unitatem, sequuntur illa quae pertinent ad eius naturam et essentiam, cui convenit esse unum et ens. Et circa hoc quaeruntur duo: primum utrum Deus sit res et natura aliqua sub ente; secundum utrum sit res et natura alicuius praedicamenti. | 5

Bad. 157^A

<QUAESTIO 1

UTRUM DEUS SIT RES ET NATURA ALICUA SUB ENTE>

Scarp. 399^a | Circa primum arguitur quod Deus non potest dici res et natura aliqua sub ente. 5

A 114^{va} Primo sic. Res et natura sub ente determinant | esse in eo cui conveniunt, secundum enim quod dicit AVICENNA I^o Metaphysicae suae: | «*Intentio unius et intentio rei sunt duae | intentiones*» «*et notum est quod certitudo rei est rei praeter esse*». Sed esse in Deo nullo potest determinari, quia esse Dei est eius singularitas sibi solitaria, nullo determinata, ut habitum est ex praecedentibus. Ergo etc. 10

T^r 129^{va} S^r 69^{va} Secundo sic. Quod est res et natura aliqua sub ente est particulare et hoc aliquid distinctum ab aliis, quia secundum AVICENNAM res est certitudo propria «*qua est unumquodque id quod est*». Deus autem non est hoc aliquid aut particulare, ut infra videbitur. Ergo etc. 15

P^r 138^{va} Contra est: Nihil est in se subsistens, nisi quod est res et natura aliqua, quia nihil subsistit neque, quod amplius est, existit nisi sit certitudo aliqua qua subsistens est id quod est, sicut circulus non est ens | et unum nisi quia habet certitudinem in essentia qua est circulus, et albedo habet certitudinem qua est albedo, et sic de quolibet ente et uno. Haec 20

Bad. 157^B autem certitudo res et natura aliqua dicitur in ente. Ergo etc. |

<SOLUTIO>

Scarp. 399^b | Istae quaestiones quasi determinatae sunt supra, determinando quaestionem illam an quidditas | sit in Deo, sed tamen ut expressius terminetur sub forma proposita, dicendum ad hoc quod licet in omnibus quae Deo attribuuntur manuducimur ex creaturis, ut quae sunt perfectionis et 25

dignitatis in creaturis Deo non denegemus, non tamen secundum eundem | modum Deo attribuimus illa quo invenimus ea in creaturis, quia in creaturis nihil invenimus nisi sub aliqua ratione defectionis et imperfectionis, in quantum scilicet a perfectione primi entis recedit. Gradus ergo intentionum inspiciendi sunt sub ente in creaturis secundum rationem perfectionis et imperfectionis, ut ex opposito vel ex supereminenti cognoscamus quomodo ponendae sunt | in creatore.

Est igitur intelligendum, secundum quod in parte dictum est supra, quod ista quinque differunt | in omnibus creaturis: esse simpliciter et esse hoc et esse aliquid et esse hoc aliquid et esse hoc aliquid in actu. Et differunt per hunc modum. Esse enim in creaturis simpliciter est esse analogum essentiis decem praedicamentorum, ut enim dicit AVICENNA I° M e t a p h y s i c a e : Esse communissime dictum «*significat multas intentiones, a quibus res quaelibet in certitudine suae essentiae dicitur ens. Et est illud esse sicut proprium rei*», sicut | certitudo essentiae cuiuslibet rei est sibi propria. Sed nullam illarum determinat nomen entis simpliciter acceptum, secundum quod dicit IDEM in e o d e m in fine: «*Ens talis naturae est quod praedicatur de omni, sive illud sit substantia sive aliud. Ipsa enim substantia, ex hoc quod est ens, non est substantia, nec aliqua substantia, scilicet subiectum aliquod*». Et convenit rei hoc esse simpliciter dictum ex hoc quod in | certitudine sua est exemplatum | quoddam divini esse. Et tali esse rei opponitur non esse eius, quod omnino nihil est per essentiam, quia scilicet in Deo exemplar formale existendi non habet, ut praedictum est saepius.

Esse autem hoc est ipsum esse simpliciter dictum, contractum per certitudinem essentiae alicuius entis, a qua sumitur intentio qua ens dicitur res alicuius decem praedicamentorum. Ens enim et res constituent diversas intentiones apud animam, secundum quod dicit AVICENNA: «*Intentio entis et intentio rei imaginantur in anima duae intentiones*». «*Unaqueque enim res habet certitudinem, quae est eius quidditas, qua est id quod est*», «*ut albedo habet certitudinem qua est albedo. Et hoc est quod appellamus esse proprium rei*». Et differunt ista duo in eodem sola ratione, quia dicitur res ex certitudine essentiae suae qua hoc ens est substantia scilicet aut accidens. Dicitur autem ens ex eadem certitudine simpliciter dicta et intellecta. Unde et | propter diversas certitudines rei in diversis praedicamentis et in quolibet eodem usque ad ultima individua, quae respondent diversis intentionibus idealibus in Deo, ens diversimode et analogice dicitur de ipsis. Non est enim ipsa res qua est | unumquodque id quod est in sua essentia | et certitudine aliud quam ipsa similitudo divini exemplaris, a quo habet quod sit res et quod dicatur ens, seu fuerit substantia seu accidens.

K' 164^{vb}

Bad. 157^c

I' 116^b

J' 60^b

Bad. 157^{vc}
Scarp. 400^a

Bad. 157^{vd}

P' 138^{vb}

K' 165^{ra}

	Esse autem aliquid est esse rem determinatam in specie athoma sub genere, si proprie accipiatur, a quo sumitur intentio qua dicitur natura, secundum quod dicit AUGUSTINUS II° De moribus Manichaeorum: « <i>Natura nihil aliud est quam id quod intelligitur in suo genere aliquid esse</i> ».	70
T' 129 ^{vb}	Est autem hoc aliquid esse rei determinatum in singulari supposito, quod in nulla creatura determinat certitudo essentiae eius ut essentia est absolute. Unde et dicit AVICENNA in principio Metaphysicae quod res « <i>ex hoc quod dicitur aliquid, non sequitur ipsam esse aliquid signatum, nam aliquid commune est. Res autem non fit aliquid signatum per hoc quod dicitur aliquid communiter, nisi habuerit differentiam propriam</i> ». Nec restat etiam si tota species sit in unico individuo, quia ut dicit ibidem lib.° III°, cum natura speciei fuerit in uno individuo, « <i>hoc uno modo est species et alio modo non est species, et alio modo universale et alio modo non universale</i> ».	75
A 114 ^{vb}	Esse autem in actu est ipsum esse hoc determinatum in supposito, quando ipsa res in se recipit et in ipsa sua essentia actum primi principii, et facta est eius effectus. Et est unus ex modis entis quo verissime res dicitur esse, quod tamen separabile est a natura et essentia rei ut est natura et essentia, et hoc per suum interitum in non esse. Potest enim essentia rei intelligi sine tali esse, tamquam habens rationem in divino exemplari per quam iterato potest reduci in actuale esse, et a cuius respectu et comparatione non potest absolvi. Propter quod nec potest absolvi ab intentione qua dicitur res quaedam aut essentia. Hoc enim non diceretur nisi esset in natura sua quaedam divini exemplaris similitudo. Et a tali respectu et comparatione convenit rei suum esse essentiae, ut dictum est, quod semper est ei coniunctum in natura et essentia eius. Et ideo appellatur esse essentiae.	80
S' 69 ^{vb}	Esse vero actuale, quia essentiae rei adest et abest, modum accidentis habet. Et ideo dicitur esse accidentale, secundum quod dicit AVICENNA in principio II ⁱ Metaphysicae, distinguendo ista duo esse: « <i>Dicamus</i> », inquit, « <i>quod esse vel est rei per suam essentiam, sicut homini esse hominem, vel est ei per accidens, sicut Petro esse album</i> ». Propter quod dictum est supra saepius quod solum esse primum est esse disciplinale, esse vero secundum non. Non enim requiritur ut res sit in existentia ad hoc quod de ipsa sit scientia, sed sufficit quod sit res et natura aliqua in sua essentia. Unde AVICENNA subiungit ibidem, dicens: « <i>Ea vero quae sunt per accidens, infinita sunt. Attingamus et tractemus secundum quod est esse per essentiam</i> ». Sic ergo patet quomodo in dictis quinque intentionibus differentia est in creaturis, licet sit in eis omnino identitas rei supra quam fundatur.	85
Scarp. 400 ^b		90
R' 83 ^{va}		95
I' 116 ^{va}		100
Bad. 157 ^{VE}		105
Bad. 157 ^{VF}		

- In Deo autem secundum illa quinque nulla differentia | potest esse omnino, neque secundum rem neque etiam secundum intentionem. K' 165^b
- 110 Essentia enim Dei nihil est nisi suum esse, quod non est nisi esse hoc aliquid in actuali existentia, ut supra dictum est. Unde essentia qua Deus est et esse eius simpliciter non possunt in ipso differre, sicut differunt essentia et esse | essentiae creaturae. Propter summam enim actualitatem Dei, eius essentia est ipsum esse, et differunt secundum rationem P' 139^a
- 115 significandi solum. Propter recessum autem ab actualitate primi, essentia creaturae non potest dici ipsum esse eius nisi ratione identitatis, qua esse non nominat aliquid aliud re ab eo quod nominat essentia, secundum quod idem significant re 'currere' et 'cursus', ut dictum est. Et ideo dicit AVICENNA in I° Metaphysicae quod «*substantia fit adunata naturae*
- 120 *entis sine medio vel fit ipsum esse*».
- Similiter neque aliquid esse et esse hoc vel hoc aliquid in supposito non possunt differre in Deo secundum intentionem universalis et particularis, quia haec in Deo non cadunt, «*eo quod non est divisibile*» «*nec intellectu quasi essentia eius sit composita ex intelligibilibus intentionibus diversis*», ut dicit AVICENNA IX° Metaphysicae, de quo infra videbitur amplius.
- Similiter neque esse simpliciter et esse in actu possunt differre in ipso secundum intentionem entis secundum essentiam et non entis in actu, quia in Deo omnino nulla est potentia ad non | esse, sed est purum | necesse esse in actu, ut infra videbitur. Scarp. 401^a
Bad. 157^{vG}
- 130 Si quidem igitur intelligantur res et natura ut aliquae intentiones diversae determinantes esse in Deo ad | modum quo intelliguntur in creaturis, dicendum absolute quod Deus non potest dici res aut natura aliqua, sed potius esse solum, quia nulla in eo omnino cadit compositio aut determinatio. Et ideo dicit AVICENNA in IV° Metaphysicae quod «*necesse esse non potest esse eiusmodi | ut sit in eo compositio, ita ut sit hic quidditas aliqua quae sit necesse esse et illi sit intentio aliqua praeter certitudinem, quae est necessitas essendi*». Sed «*necesse esse non habet quidditatem nisi quod est necesse esse, et haec | est entitas*». Et hoc ideo quia eius entitas nullam determinationem recipit, absolutam dico et positivam, sed solum negativam et comparativam, secundum quod dicit ibidem: «*Cum designatur eius certitudo, non designatur post entitatem nisi per negationem consimilium ab ipso et per affirmationem relationum ad ipsum, quia omne quod est ab ipso est*». «*Ipse vero est omne quod est, et tamen non est aliquid ex hiis*». Et ideo dicit
- 135 BOETHIUS De Trinitate: «*Deus a nullo differt, nec vel accidentibus vel substantialibus differentiis in subiecto positus*», Catholicis formam ut est esse ponentibus, neque aliud esse quam est ipsum quod est. Bad. 158^{vG}
- 140
- 145

Bad. 158 ^{HI} K' 165 ^{va}	Si ergo intelligatur res aut natura ut id ipsum esse subsistens omnino indifferens nisi forte sola ratione intelligendi qua intellectus format sibi conceptus diversos in Deo de eis quae videt re vel intentione	150
J' 60 ^{va}	diversa in creaturis, ut infra videbitur, hoc modo dicendum quod Deus verissima res est et natura, « <i>si tamen res</i> » dici possit « <i>et non potius rerum omnium causa</i> », ut dicit AUGUSTINUS I° De doctrina christiana, « <i>non enim facile nomen quod tantae excellentiae conveniat potest inveniri</i> ». Unde et quod natura dicitur, extenso nomine dicitur, ut dicit AUGUSTINUS De moribus Manichaeorum cap.° 2°: « <i>Ut enim nos eum iam nominemus ab eo quod est esse vocatur essentia, quam plerumque etiam substantiam nominamus, ita veteres qui haec nomina non habebant pro essentia et substantia naturam vocabant</i> ».	155
Scarp. 401 ^b		
I' 116 ^{vb}		
Bad. 158 ^{II}		

<AD ARGUMENTA>

160

S' 69 ^{va}	Ad primum in oppositum, quod certitudo qua aliquid est res aut natura determinat esse quod non determinatur in Deo, dicendum quod esse determinari potest aliquo diverso ab eo aut re aut intentione. Hoc modo solummodo determinatur in creaturis, et nullam determinationem talem recipit in se esse Dei, ut habitum est ex supra determinatis. Vel potest ipsum esse determinari aliquo diverso secundum rationem solum. Hoc modo res et natura sive quidditas in Deo determinant esse eius, quia secundum rationem intelligendi illa quae sunt omnino eadem etiam in Deo intellectus separat, idem intelligendo diversimode secundum diversas rationes, et secundum hoc praedicationes et compositiones in divinis formando. Et hoc modo non repugnat omnino unitati et simplicitati divini esse quod dicatur res, natura, essentia aut aliquid huiusmodi, ut infra videbitur amplius.	165
P' 139 ^{vb}		170
Bad. 158 ^{IK}	Ad secundum, quod res omnis sub esse est particulare, Deus autem non, dicendum quod hoc solum verum est quando in aliquo determinans et determinatum differunt non sola ratione, sed et intentione, secundum quod alia est intentio universalis et particularis in eadem re, ut infra videbitur. In Deo autem, ut dictum est et amplius infra dicetur, sola ratione differunt quaecumque essentialia in eo considerantur. Et ideo non oportet quod divina res sit aliquod particulare. Et quomodo non, videbitur inferius.	175
		180

<QUAESTIO 2

UTRUM DEUS SIT RES ALICUIUS PRAEDICAMENTI>

| Circa secundum arguitur quod Deus sit res alicuius praedicamenti.

Bad. 158^{rl}
Scarp. 402^a

5 Primo sic. Ens dividitur in substantiam et accidens, tamquam in modos essendi oppositos secundum affirmationem et negationem. Est enim substantia ens non in subiecto existens, accidens vero est ens in subiecto existens, sed de quolibet affirmatio vel | negatio. Cum ergo
10 in subiecto existens, et ita substantia vel | accidens. Sed substantia et accidens nominant res praedicamentorum. Ergo etc.

A 115^b

K' 165^{vb}

Secundo sic. Secundum PHILOSOPHUM in X^o Metaphysicae, conveniens et differens reducuntur ad idem et diversum, idem vero et diversum ad unum et multum. Omnis enim convenientia est identitas et
15 unitas quaedam, differentia vero e converso est diversitas et multitudo quaedam. Deus et creatura convenientiam habent aliquam, eo quod esse creaturae non sit nisi quaedam participatio esse creatoris, ut habitum est supra et amplius videbitur loquendo de creaturis. Deus ergo et creatura
20 habent aliquam identitatem et unitatem saltem minimam, quae in qualibet alia includitur. Minima autem unitas et identitatis est secundum genus, ergo Deus et creatura | identitatem habent in genere. Quaecumque autem conveniunt in genere sunt res alicuius praedicamenti. Ergo etc.

T' 130^b

25 Quod autem sit res substantiae arguitur quia secundum PHILOSOPHUM X^o Metaphysicae «unumquodque mensuratur aliquo minimo sui generis». Et dicit ibi COMMENTATOR quod «hoc est Deus sive motor primus super omnes substantias». Ergo etc.

30 Quod autem sit res accidentis arguitur sic. Bonum, iustum, sapiens accidentia nominant et sunt ipse Deus, secundum AUGUSTINUM V^o De Trinitate. Ergo etc.

In contrarium est quoniam secundum AVICENNAM VIII^o Metaphysicae primo nihil communicat, «quoniam omne quod est, ab ipso est, et non est communicans ei quod est ab ipso». Sed nihil est res praedicamenti quod non communicat ipsum cum aliis quae sunt sub ipso. Ergo etc.

35

<SOLUTIO>

| Dicendum ad hoc quod Deus non est res alicuius praedicamenti, sed res praedicamenti solummodo sunt illa quae sunt ab ipso. Ipse autem est res alia distincta contra rem quamlibet | cuiusque praedicamenti, tam substantiae quam accidentis, quia «non est ei communicans ullo
40 modo in suo esse quod est eis», ut dicit AVICENNA in IX^o Metaphysicae.

Bad. 158^{rm}

Scarp. 402^b

	Ens enim communissime dictum ad ens per essentiam et ens per participationem prima divisione dividitur in ens creatum et increatum, tamquam in ens per essentiam et per participationem. Et illud ens creatum per participationem est illud quod est commune analogum ad res decem praedicamentorum, a quibus res divina elongatur summa distantia naturae, secundum quod dicit AUGUSTINUS De fide ad Petrum: «Principaliter tene omnem naturam quae non est Trinitas Deus ab ipsa» «creatam ex nihilo», «quia nulla creatura eiusdem naturae est cuius est Trinitas, Deus», quod prolixè declarat inducendo in singulis creaturis.	45
P' 139 ^{va} I' 117 ^{ra}		
Bad. 158 ^{vn}	Quod autem Deus non potest dici neque esse res alicuius praedicamenti apparet primo communiter ex natura esse Dei et natura rei praedicamenti, secundo ex ratione generis sub quo continetur quicquid est res alicuius praedicamenti, tertio idem apparet specialiter ex natura substantiae et ex natura accidentis, quae omnem rem praedicamenti continent.	50
K' 166 ^{ra}		55
	Ex natura esse Dei et rei praedicamenti hoc apparet quoniam natura rei praedicamenti cuiusque talis est quod est aliquid in eo in quo est praeter intentionem esse sive entitatis suae, secundum quod AVICENNA in I ^o M e t a p h y s i c a e , loquendo de subiectis aliarum scientiarum, quae sunt substantia haec vel illa, accidens hoc vel illud, respectu entis simpliciter quod est subiectum metaphysicae, dicit: «De quibus tractatur in aliis scientiis fiunt accidentia in hac scientia, quoniam sunt dispositiones quae accidunt ad esse et divisiones eius», «igitur substantia de qua tractatur in alia scientia, scilicet substantia absolute», «aliquo modo fit accidentalis naturae subiecti, quod est esse». «Ens enim talis naturae est quod praedicatur de omni re, sive illud substantia sit sive aliud. Ipsa enim substantia ex hoc quod est ens nec est substantia nec est aliqua substantia». Ex quo patet quod omnis res praedicamenti contenti sub esse est aliquid praeter suum esse, saltem intentione et definitione, etsi non re, ut dictum est etiam in praecedentibus. Et sic omnis res praedicamenti per hoc quod est res et natura aliqua, substantia scilicet vel accidens, tenet in se entis determinationem, ut sit illi certitudo aliqua et intentio praeter certitudinem quae est intentio essendi. In Deo autem esse nullam potest omnino recipere determinationem, quia ipse non est nisi esse purum incommunicabile quo etiam existit in actu sine omni alia intentione ei addita vel possibili addi, ut supra ostensum est.	60
A 115 ^{va}		65
	Unde et etiam determinatum est supra quod idcirco Deus dicitur proprie non habens quidditatem sive res aliqua sub ente aut aliquid huiusmodi, quia scilicet ex eo quod est necesse esse est ens tale quod non habet aliquam intentionem aut certitudinem rei aut quidditatis alicuius praeter intentionem et certitudinem eius quod est necesse esse,	70
Scarp. 403 ^a R' 84 ^{ra}		75
		80

85 quae non est sicut certitudo animalitatis, quae est certitudo praeter
 certitudinem essendi in animali. Certitudo enim essendi in existentia
 actuali, ut dictum est, est concomitans ipsam et superveniens illi. Simili-
 90 ter certitudo essendi secundum essentiam ex respectu quodam, scilicet
 divini exemplaris, convenit ei, ut patet ex supra habitis, cui quasi sub-
 iacet conceptus eius quod res est, quod tamen non nisi ex illo respectu
 natura vel essentia dicitur, ut dictum est. In Deo autem nihil tale consi-
 derari potest sine intentione essendi eius | simplici et absoluta. Propter
 95 quod dicit AVICENNA I° Metaphysicae: «*Primus non habet quiddita-
 tem, sed super habentia quidditates fluit esse ab eo*». Et ideo «*in omni quod est
 praeter eum est additio*», ut dicit in VIII° Metaphysicae. Deus igitur
 nullo modo, etiam eo modo quo potest dici res, est res alicuius praedicamen-
 ti, et hoc ex ratione divini esse et rei quae cadit in praedicamento. |
 100 Secundo apparet idem ex ratione generis. Deus enim in | genere
 esse non potest, quia omne quod est in genere est species sub ipso vel |
 individuum sub specie eius aliqua contentum. Neutro autem modo |
 potest Deus esse res alicuius generis praedicamenti, quia omne quod tale
 est habet aliquid in se, differentiam scilicet aliquam, per quam generis
 105 natura in ipso determinatur ad speciem, quod impossibile est poni in
 Deo tantum quia esse Dei simpliciter dictum, quod nullam patitur
 determinationem in Deo, ut dictum est. Quicquid autem est in genere
 habet in se determinationem esse generis, quia omne genus necessario
 habet sub se species secundum esse et quidditates proprias differentes et
 110 in generis quidditate et esse communicantes, et sic esse et quidditas
 cuiuslibet speciei vel individui sub | genere est aliquid in ipsa specie vel
 individuo praeter esse et quidditatem generis, quod omnino impossibile
 est ponere in Deo, quia illud necessario ponit aliquam compositionem,
 quam impossibile est poni in Deo, ut infra patebit. Et per hoc AVI-
 115 CENNA probat quod Deus non habet genus, cum dicit VIII° Metaphysicae: «*Primus non habet genus. Non enim habet quidditatem, et quod non
 habet quidditatem, non habet genus. Genus enim respondetur ad interrogationem |
 factam per quid, genus etiam aliquo modo est | pars speciei. Primus autem non
 est compositus*».

120 Tertio apparet idem specialiter ex natura substantiae et accidentis.
 Deus enim nec res substantiae est nec res accidentis, quod primo appa-
 ret de substantia. Licet enim quibusdam appareat prima fronte quod
 intentio substantiae, quae genus est, conveniat Deo, quia est id quod
 non est in subiecto, quod est ratio substantiae quae genus est, non
 tamen est ita. Non enim hoc est perfecta ratio substantiae, quae est
 125 genus. Immo ut dicit AVICENNA in VIII° Metaphysicae suae,
 «*intentio substantiae, quae est genus, est quod est res habens quidditatem stabilem,*

T' 130^{va}Bad. 158^{vo}K' 166^{vb}P' 139^{vb}J' 60^{vb}I' 117^bBad. 158^{vp}
Scarp. 403^b

cuius esse est esse quod non est in subiecto. Cuius probatio est quoniam» cum dicitur substantia est ens quod non est in subiecto, «quod significatur hoc nomine ens, non potest habere rationem generis», secundum quod probat PHILOSOPHUS III^o et IV^o Metaphysicae, quia tunc haberet differentias | quibus contraheretur ad substantiam et accidens sicut ad species, quod esse non potest, quia ratio et intentio generis non est de ratione et intentione differentiae. Sed oportet quod ratio et intentio differentiae sit alia extra rationem et intentionem generis, non inclusa in illa. Aliter enim idem ut ratio generis bis poneretur in definitione, et esset omnis definitio nugatoria, et sequeretur quod homo esset plura | animalia, secundum PHILOSOPHUM in Topicis. Nunc nullius rei praedicamentalis, substantiae vel accidentis, intellectus in quantum est res praedicamenti est praeter intentionem et rationem entis quod est commune ad praedicamenta. Cum | igitur dicitur quia substantia est ens quod non est in subiecto, ex affirmatione significata nomine entis in ipsa non potest habere rationem | generis praedicamenti, similiter neque ex negatione illa quae sequitur, quoniam negatio illa non addit super esse aliquid quod sit acquisitum in ipso esse, et quod nihil ponit non potest alicui dare rationem generis. Esse igitur non in subiecto non est intentio aliqua super esse in qua potest substantia habere rationem generis. Substantia igitur rationem generis praedicamenti habere non potest ex eo quod absolute est ens non in subiecto. Tale enim ens bene est Deus, et sic sub genere substantiae comprehenderetur, si ex illa ratione substantia dicitur genus.

Sed non est ita. Immo | quod substantia habet rationem generis, hoc est quia dicitur essentiam de cuius ratione est ut sit id cui convenit quod negatur esse in subiecto. Hoc ergo quod dicimus de substantia quae est genus quia est ens non in subiecto, intentio est quod est res de qua dicitur quod est | non in subiecto, ita ut ens non in subiecto praedicetur de ea, et habeat in se ipsa quidditatem cui convenit esse quia per hoc habet quod potest esse subiectum alteri ut accidenti, cuius natura est esse in subiecto. Esse | autem talem rem nullo modo convenit Deo, quia, ut iam dictum est, Deus non est nisi esse | non habens quidditatem alterius intentionis praeter esse. Propter quod «*subiectum fieri non potest*», ut dicit BOETHIUS De Trinitate. Intentio ergo substantiae quae praedicamentum est nullo modo convenit Deo, quia non imponitur a ratione esse simplicis, sed determinati per id quod res et aliquid est sub ratione esse, ut dictum est.

Immo si qua intentio proprie Deo convenit, illa sola est quae ab esse puro et simplici accipitur, quae significatur nomine essentiae, ut Deus non vere dicatur substantia, quidditas aut res sive natura aliqua,

125

A 115^{vb}

130

Bad. 158^{vb}

135

K' 166^{va}Bad. 159^o

140

145

Bad. 159^R

150

P' 140^aScarp. 404^aT' 130^{vb}

155

160

- 165 sed tantum essentia absoluta ab esse dicta, secundum quod dicit AUGUSTINUS VII° De Trinitate cap.° 5°: «*Sicut ab eo quod est esse appellatur essentia, ita ab eo quod est subsistere substantiam dicimus*». «*De hiis enim rebus recte intelligitur*» substantiam dici «*in quibus sunt ea quae in aliquo subiecto esse dicuntur, sicut color aut forma in corpore. Corpus enim subsistit et ideo substantia est*». «*Res igitur mutabiles non simplices proprie dicuntur substantiae*».
- 170 *Deus autem si subsistit ut substantia proprie dici possit, inest in eo aliquid tamquam in subiecto, et non est simplex cui hoc sit esse quod illi est | quicquid de illo dicitur*. I' 117^{va}
 «*Unde manifestum est Deum abusive substantiam vocari, ut nomine usitatore intelligatur essentia, quod vere sic proprie dicitur, ut fortasse solum Deum dici oporteat essentiam*».
- 175 Ex parte autem accidentis apparet clarius quod scilicet Deus | non sit res alicuius praedicamenti | accidentis, quia tunc esset accidens, quod est impossibile, tum quia Deus est primum ens et causa, accidens autem non potest esse primum ens et causa aliorum. Substantia enim prior est omni accidente, secundum PHILOSOPHUM VII° Metaphysicae, et causa omnis accidentis, I° Physicae, secundum quod de hoc amplius videbitur infra.
- 180 Unde BOETHIUS omnem rationem praedicamenti removens a Deo dicit De Trinitate: «*Decem praedicamenta*» «*cum quis in divinam vertit praedicationem cuncta mutantur*». «*Nam substantia in illo non est vere substantia, sed ultra substantiam, idem qualitas et cetera*». Unde et DAMASCENUS generaliter rationem entis analogi ad praedicamenta removet a Deo, | dicens libro I°: «*Nihil quae sunt est, non ut non ens, sed ut super omnia ens et super ipsum esse*». Et AVICENNA dicit in IX° Metaphysicae: A 116^{ra}
 «*Manifestum est nobis quod universitas habet principium quod est necesse esse, non contentum sub genere, nec sub definitione, nec subiectum demonstrationi, expers qualitatis, quantitatis et quidditatis, ubi et quando et motus*». Dictam differentiam rei quae Deus est a re cuiuslibet praedicamenti substantiae et accidentis insinuat BOETHIUS cum dicit De Hebdomadibus: P' 140^{rb}
 «*Diversum est esse et id quod est*», per 'esse' intelligens Deum, per 'id quod est' rem praedicamenti substantiae vel accidentis. Unde subdit | ad huius expositionem: «*Id quod est habere aliquid praeter quod ipsum est potest; ipsum vero esse nihil aliud praeter se habet admixtum*». Et propter diversitatem inter quod est substantiae et accidentis addit: «*Diversum tamen est esse aliquid et esse aliquid in | eo quod est; illic enim accidens, hic vero substantia significatur*».
- 200 Per iam dicta patet responsio in parte ad obiecta.

<AD ARGUMENTA>

Bad. 159 ^T	Ad primum quod substantia et accidens dividunt ens secundum affirmationem et negationem, quorum necessario alterum dicitur de quolibet, dicendum quod non in subiecto esse potest esse negatio pura circa esse et absoluta, et similiter in subiecto esse, quod ponit affirmatio ei contraria, potest esse absoluta affirmatio. Sic negatio illa nullam determinationem ponit circa esse divinum, sed solum privat rationem essendi in subiecto a Deo.	205
J ^r 61 ^{ra}	Et sic alterum eorum convenit omni cui convenit ratio esse. Et hoc modo bene dicitur quod Deus est ens non in subiecto, sed sic non esse in subiecto et esse in subiecto non cadunt in divisione entis in substantiam et accidens, sed inquantum ambo radican- tur circa aliquid positivum sub ipsa intentione entis, quo intentio entis simpliciter dicti determinatur, ut dictum est. Non enim est divisio talis: entium quoddam est non in subiecto existens, quoddam est in subiecto existens. Sub tali enim divisione entis bene cadit Deus, quia ipse est ens non existens in subiecto. Sed est divisio talis: Entium quoddam est aliquid quod non est in subiecto, quoddam vero est aliquid quod est in subiecto, ut ly aliquid sit ipsius esse determinativum. Unde AVICENNA ponit divisionem entis in substantiam et accidens per hunc modum:	210 215
K ^r 167 ^{ra} T ^r 131 ^{ra}	«Esse duobus modis est. Unum est id quod cum sit est in aliquo», «et hoc est quod est in subiecto. Aliud est quod est, sed non est in aliquo». Unde notandum est circa hoc quod est alia ratio entis et intentio eius scilicet quod est commune analogum creatori et creaturae, et eius quod est proprium creaturae et analogum substantiae et accidenti. Ens enim analogum creatori et creaturae est ens communissime dictum, et sub intentione simplicissima sine omni additione accepta. Et dividitur per puram negationem et affirmationem sic: Entium quoddam est non ab alio existens, quoddam est ab alio existens. Primum ens est ens per es- sentiam, quod est Deus, qui non est nisi esse. Negatio enim illa nullius rei determinationem apponit. Secundum ens est ens per participatio- nem, quod est creatura, quae est aliquid participans esse, per quod in ipso fit ipsius esse determinatio, ut iam dictum est in auctoritate BOE- THII. Unde ens analogum substantiae et accidenti non est ens commu- nissime dictum et simplicissimum, sed est ens sub determinatione, id est ens quod est aliquid participans esse, quod dividitur in substantiam et in accidens per esse in subiecto et non esse in subiecto, ut dictum est.	220 225
Bad. 159 ^{vT}	existens, quoddam est ab alio existens. Primum ens est ens per es- sentiam, quod est Deus, qui non est nisi esse. Negatio enim illa nullius rei determinationem apponit. Secundum ens est ens per participatio- nem, quod est creatura, quae est aliquid participans esse, per quod in ipso fit ipsius esse determinatio, ut iam dictum est in auctoritate BOE- THII. Unde ens analogum substantiae et accidenti non est ens commu- nissime dictum et simplicissimum, sed est ens sub determinatione, id est ens quod est aliquid participans esse, quod dividitur in substantiam et in accidens per esse in subiecto et non esse in subiecto, ut dictum est.	230
Scarp. 405 ^a	aliquid participans esse, per quod in ipso fit ipsius esse determinatio, ut iam dictum est in auctoritate BOE- THII. Unde ens analogum substantiae et accidenti non est ens commu- nissime dictum et simplicissimum, sed est ens sub determinatione, id est ens quod est aliquid participans esse, quod dividitur in substantiam et in accidens per esse in subiecto et non esse in subiecto, ut dictum est.	235
I ^r 117 ^{vb}	ens sub determinatione, id est ens quod est aliquid participans esse, quod dividitur in substantiam et in accidens per esse in subiecto et non esse in subiecto, ut dictum est.	235
Bad. 159 ^{vV}	esse in subiecto et non esse in subiecto, ut dictum est.	235
	Ad secundum, quod Deus et creatura habent convenientiam, ergo identitatem et unitatem aliquam et ita saltem minimam quae est in genere, dicendum quod Deus et creatura proculdubio aliqualem ratio- nem unitatis participant, quia omnis multitudo et pluralitas aliquam habet rationem unitatis, ut enim dicit DIONYSIUS De divinis	240

245 n o m i n i b u s , «*neque est multitudo non participans uno*». Sed tamen alia et
 alia unitate, alia et alia multa sunt unum, ut scilicet vel quia in | eodem A 116^b
 radicantur: sic enim multa accidentibus, ut album et dulce, sunt unum
 subiecto, ut in lacte; vel quia eodem participant: multa enim numero, |
 ut Sortes et Plato, sunt unum specie, ut in homine, multa autem specie, P' 140^{ra}
 250 ut leo et capra, sunt unum genere, ut in animali; vel quia unum radicatur
 in alio: sic enim multa genere, ut substantia et accidens, sunt unum
 analogia attributionis, accidens enim est ens, quia est entis quod est
 substantia; vel quia unum habet esse suum participatum ab altero: sic
 255 enim multa, ut creator et creatura, sunt unum analogia imitationis, quia
 creatura omne esse quod habet habet ex imitatione et participatione
 divini esse, et hoc vel formaliter vel effective. Formaliter autem secun-
 dum quod substantia vel accidens participat esse essentiae, inquantum
 utrumque habet exemplar formale in primo, secundum quod habet esse
 260 res et natura aliqua nata existere in effectu. Effective autem secundum
 quod omnis res creata substantia vel accidens participat esse existentiae,
 inquantum scilicet est effectus primi entis, ut expositum est supra.
 Habent igitur creator et creatura | aliquam identitatem et unitatem, sed K' 167^{rb}
 illa non est alicuius communis participatione, sed analogia imitationis
 tantum, ut dictum est. Et haec est unitas minima. Et quod dicitur in
 265 argumento, quod unitas minima est unitas generis, dicendum quod
 verum est de unitate aliquorum per | alicuius participationem quae non
 est inter Deum et creaturam, ut dictum est.

Ad tertium, quo arguitur quod Deus est minimum et mensura
 substantiarum, dicendum quod proprie loquendo de minimo quod est
 270 mensura, ut patet in corporalibus, ipsum non est nisi principium cogno-
 scendi determinatam rei quantitatem. Unde ut dicit PHILOSOPHUS in X^o
 Metaphysicae quod «*quantitates valde dominae*» sunt in ratione
 mensurae, et precipue quantitas discreta, quia ipsa etiam distinguit et
 determinat quantitatem in continuis, inquantum «*magnitudines numeri*
 275 *sunt*», ut dicitur in I^o Posteriorum, eo quod verissima et discretis-
 sima ratio mensurae in quantitate discreta | invenitur, et ita perfectis-
 sima ratio quantitatis, quia ratio quantitatis, ut quantitas est, non est nisi
 ratio mensurae. Et secundum hunc modum in quolibet genere illud
 dicitur aliorum primum minimum simplicissimum et mensura, in quo
 280 verissime et perfectissime natura generis relucet, quia ex hoc ipso
 cognoscitur quanto aliquid aliud secundum plus vel minus accedit ad
 generis illius veritatem, quoniam tanto amplius quanto ad illud primum
 per similitudinem et conformitatem magis approximatur. Et licet secun-
 dum | hunc modum, inquantum scilicet omnis creatura est ens partici- T' 131^{rb}
 patione, et ita per imitationem quamdam et assimilationem ad ens

	primum quod Deus est, Deus possit dici primum et minimum sive mensura in genere entis simpliciter, quia tamen substantiae verius ens participant quam accidentia, et in hoc ens divinum magis imitantur, non solum secundum generalem rationem entis, sed etiam secundum specia- lem, qua primum est ens non in subiecto existens, ideo dicitur proprie mensura substantiarum, quia illae dicunt rationem essendi eius quod est aliquid quod non est in subiecto alio, et ita quasi privationem circa aliquid subsistens ipsi esse.	285 290
P' 140 ^{nb}	Deus vero dicit rationem essendi absolute non in subiecto, ut sit negatio absoluta circa esse in se subsistens, ut quanto aliquid magis accedit ad rationem esse subsistentis, tanto magis divino esse appropinquat et assimilatur. Et hoc contingit in entibus creatis secundum magis et minus, secundum quod in se habent rationem esse magis absolutam et minus determinatam, secundum quod minorem compositionem et maiorem simplicitatem habent in sua essentia, ut infra videbitur. Et sic Deus dicitur mensura substantiarum, non quia sit aliquid in genere substantiae quod praedicamentum est, nec quia solum sit mensura substantiae, sed quia perfectissime in se continet rationem illam negationis a qua accipitur ratio substantiae simpliciter, et etiam rationem rei substantiae simpliciter, licet non habet rationem substantiae quae est praedicamentum, sicut dictum est.	295 300 305
I' 118 ^{ra}	Et cum hoc quia substantia verius esse divinum participat quam accidens, ideo proprie mensura substantiarum dicitur. Et cum dicit PHILOSOPHUS quod «in quolibet genere est accipere primum minimum» etc., ibi sumitur large genus pro omni ratione communis. Unde et quod Deus est tale in genere substantiae, ibi sumitur genus substantiae large a ratione non essendi in subiecto communiter, sive sit negatio absoluta, quae convenit Deo, sive sit negatio circa subsistens, sicut convenit praedicamento substantiae, ut dictum est. Et secundum hunc modum Deus verissime dici potest substantia, licet non dicatur nisi abusive substantia secundum rationem praedicamenti substantiae, ut dictum est.	310 315
K' 167 ^{va}	Et tamen adhuc verius dicitur essentia quam substantia, etiam secun- dum illum modum substantiae simpliciter dictae.	
A 116 ^{va}	Cum enim esse Dei sit esse non in subiecto, esse importat affirmationem essendi quae dicit totam divinam naturam in se, et nega- tio illa importat modum essendi designantem suum esse in respectu ad illa quae similitudinem habent ad ipsum. Et ita affirmatio de esse Deo primo et absolute convenit et essentialiter. Negatio vero secundo et in respectu et quasi secundum accidens, secundum quod dicit AVICENNA IV ^o Metaphysicae de Deo: «Cum designatur eius certitudo, non designa- tur nisi post entitatem et per negationem consimilium ab ipso». Esse enim Dei	320 325
J' 61 ^{tb}		
Bad. 160 ^x		
Scarp. 406 ^a		
Bad. 160 ^y		

330 nec est in subiecto proprie dicto ad modum accidentis nec in subiecto
 communiter dicto ad modum quo esse substantiae est in eo quod esse
 subsistendi participat. Et ita in eo quod Deus dicitur substantia quia ens
 non in subiecto, post entitatem designatur per negationem et remotio-
 nem ab esse cuiuslibet entis quod est in praedicamento, sive sit substan-
 tia sive accidens. Sicut cum de substantia quae est praedicamentum
 dicitur quod est aliquid quod non est in subiecto, ut per esse aliquid
 designatur propria ratio quidditatis, per non esse vero in subiecto
 335 removitur ab eo omnis | ratio accidentis. Quia ergo, ut dictum est,
 nomen essentiae Deo attribuitur ratione esse affirmati, nomen vero
 substantiae ratione negationis essendi in subiecto, verius et perfectius
 attribuitur Deo nomen essentiae quam substantiae.

Scarp. 406^b

| Ad quartum quod Deus est iustus, | bonus et huiusmodi quae
 sunt sua essentia et tamen accidentia, dicendum quod, licet illa sunt
 340 nomina accidentium secundum suam primam impositionem in creaturis,
 ut tamen transumuntur ad divina rem accidentis eandem non dicunt
 quam prius, sed divinam naturam, ut habet in se rationem perfectionis
 illarum rerum quae accidentia sunt in creaturis. Et ideo non oportet
 quod Deus sit | accidens. Iustitia enim, sapientia, bonitas et huiusmodi
 345 accidentia esse non possent in Deo nisi essent in ipso ut in subiecto, et
 demonstrarent ipsum esse iustum, bonum et huiusmodi, sicut de-
 monstrant in creaturis. Quod non est verum, secundum quod dicit
 BOETHIUS De Trinitate: «*Iustus, quod est qualitas, ita dicitur quod ipse hoc sit*
de quo praedicatur, ut si dicamus 'homo iustus' vel 'Deus iustus', ipsum hominem
 350 *vel Deum iustum esse proponimus, sed differenter, quoniam homo alter alter est*
iustus, Deus autem ipsum idem est quod est iustum».

Bad. 160^{r2}
P' 141^{ra}K' 167^{vb}

ARTICULUS XXVII

DE VIVERE ET VITA IN DEO

T^o 133^a
Scarp. 407
I^o 118^b

| Viso de esse Dei et natura sive essentia eius et de unitate eius in natura et essentia, sequitur videre de vivere et vita in ipso, qui | sunt quidam modi esse et essentiae, ut videbitur.

5

Et circa haec duo quaerenda sunt. Primum est generale circa quodlibet vivens, quid scilicet sit vita in vivente, videlicet utrum nominet essentiam sive substantiam aliquam existentem in re, an operationem quandam egredientem in re ab ipsa essentia. Secundum, si Deo conveniat vita.

10

<QUAESTIO 1

QUID SIT VITA IN VIVENTE>

Bad. 160^a
Scarp. 407^a

| Circa primum arguitur quod vita nominet in vivente essentiam vel naturam a qua egreditur actus qui dicitur vivere.

Primo sic. Sicut se habet essentia ad esse, sic vita ad vivere, per locum a coniugatis. Ergo permutatim, sicut se habet vivere ad esse, sic vita ad essentiam. Sed secundum PHILOSOPHUM in II^o De anima, «*vivere viventibus est esse*». Ergo et vita in vivente est ipsa eius essentia.

5

Secundo sic. PHILOSOPHUS dicit in Elenchis quod «*anima et vita sunt idem*». Sed anima nominat naturam et essentiam quandam quae dat esse ei in quo est, ut dicitur in II^o De anima. Ergo et vita nominat naturam et essentiam quandam quae dat vivere.

10

Tertio sic. Si vita non esset ipsa essentia, tunc ipsa essentia esset prior vita. Cuiuslibet autem essentiae virtus propria determinata est et similiter operatio, secundum PHILOSOPHUM in fine IVⁱ Metaphysicae. Ergo posset esse aliqua operatio substantiae viventis ante vivere. Consequens falsum est. Ergo etc.

15

Scarp. 407^b

Quarto sic. Illa natura est per essentiam actu vita, quae perficit in composito id quod est | potentia vita, quia actus respondet potentiae. «*Anima*» autem per suam essentiam «*est actus potentia vitam habentis*». Ergo etc.

20

Quinto sic. Si vita non esset ipsa rei essentia, tunc posset Deus separare a substantia vivente suam vitam ut esset sine vita, quod est impossibile, quia desinendo vivere, desinit esse. Ergo etc.

25 Sexto sic. Vivere non procedit in vivente nisi a vita, et procedit in animato a substantia animae in quantum est actus animati, secundum PHILOSOPHUM II° De anima. Ergo etc.

Septimo | sic. Vivens et non vivens differunt essentialiter, et non nisi per vitam et eius carentiam. Ergo etc.

K' 168^a

30 Quod autem vivere non sit operatio in re ut actus primus qui est esse, arguitur primo sic. Quia tunc omne ens viveret.

| Secundo sic. Esse non est per se nisi suppositi. Vivere per se et primo est animae, quae | non subsistit nisi in supposito. Unde dicit PHILOSOPHUS in V° Metaphysicae: «*Homo est vivus per se, quia anima est vera pars hominis et in ea est vita primo*». Ergo etc.

Bad. 160^{va}

P' 141^{rb}

35 Tertio sic. In Christo per mortem corruptum fuit vivere hominis, sed non esse existentiae | eius, quia illud erat suppositi quod mansit in sua existentia. Ergo etc.

S' 70^{vb}

40 Quod autem sit actus secundus, ut motus | aliquis in re, arguitur per id quod dicitur in libro De motu cordis, vivere est se ipso moveri. Ergo si vivere est moveri, sequitur, ut videtur, quod vita sit motus, a coniugatis. Motus autem actio quaedam est sive operatio egrediens ab agente. Ergo et vita similiter.

Scarp. 408^a

45 Item PHILOSOPHUS dicit in VIII° Physicae quod «*Motus est vita naturaliter existentibus*». Motus autem ut prius est actio sive operatio, quae non est substantia vel essentia rei. Ergo similiter et vita.

<SOLUTIO>

| Ad sciendum quid sit vita primum oportet scire quattuor. Quorum primum est quae et qualia entia dicantur esse viventia. Secundum, quid est vivere. Tertium, quomodo vita se habet ad vivere. Quartum, quomodo vita et vivere se habent secundum gradum et ordinem circa diversa | viventia. Sed de hoc dicetur in sequenti quaestione.

Bad. 160^{vb}

Bad. 160^{vc}

55 Circa primum istorum sciendum quod in aliquo percipimus actum vitae, qui est vivere, et ei iudicamus vitam inesse, quia percipimus in eo motum sive operationem per se ipsum et ex se ipso et in se ipso. Propter quod dicit PHILOSOPHUS in principio libri De plantis: «*Vita in animalibus et plantis inventa est; in animalibus manifesta apparens, in plantis vero occulta, non | evidens*». Et hoc ideo quia opera vitae propter quae animalia iudicantur vivere, ut intelligere, sentire, moveri secundum locum, aperta sunt et manifesta. Opera vero vitae quibus plantae iudicantur vivere occulta sunt, non aperta, ut sunt uti alimento sive nutriri, et detrimentum habere et augmentum. Unde dicit PHILOSOPHUS in i-

I' 118^{va}

	d e m : « <i>Ad huius vitae</i> », scilicet in plantis, « <i>assertionem multum necesse est inquisitionem praecedere</i> ». Non autem huiusmodi actus tale ens iudicatur vivere nisi quia praesupponunt vitam et vivere, cuius ipsi sunt signa nobis manifesta.	65
A 117 ^b R' 85 ^a		
Bad. 160 ^d K' 168 ^b	Quare cum huiusmodi actus sunt omnes actus secundi in quolibet vivente, necesse est quod vivere ponamus praecedere in vivente omnes actus secundos. Quare cum ut patet ex modo significandi et intelligendi significatum eius quod est vivere, ipsum significat rationem actus ut agere, et non potest esse actus ut agere secundus, ut dictum est. Igitur manifestum est quod oportet ipsum ponere actum ut agere primum, cum non sit actus quin sit primus aut secundus. Unde etsi hoc nomen 'vivere' aliquando transumitur ad significandum huiusmodi actum secundum in creaturis, ut secundum PHILOSOPHUM II° De anima : « <i>Multipliciter dicto ipso vivere, si unum aliquid horum insit, vivere ipsum dicimus, ut intellectus, sensus, motus secundum locum, ad haec et motus secundum alimentum, augmentum et detrimentum</i> ». Non tamen imponitur hoc nomen 'vivere' ad significandum primo et principaliter aliquod illorum. Non enim illa dicuntur esse vivere quaedam nisi quia sunt actus quidam secundi, qui solum habent esse in vivente consequentes actum primum, qui est vivere. Unde, ut dictum est, per illos tamquam per actus secundos manifestatur nobis inesse actus primus, qui est vivere.	70
J' 61 ^{va}		75
Scarp. 408 ^b		80
P' 141 ^{va}	Licet quidam idcirco hoc opinati sunt, et hoc solummodo de motu secundum locum, ex quo manifestius quam ex alio actu secundo apparet res mota ex se vivere, secundum quod dicit RABBI MOYSES, lib.° I°, cap.° 45° : « <i>Non ascendit in cor gentis de ratione vitae nisi motus, et quicquid non movetur motu locali voluntario, non vivit, licet motus non sit de esse vivi sed accidens fixum in eo</i> ». Nec solum transfertur vivere ad illos actus consequentes vitam, sed etiam ad actus et modos nostros conversandi, secundum quod PHILOSOPHUS distinguit in I° Ethicorum vitam voluptuosam, activam et contemplativam, secundum etiam quod beatitudo dicitur vita quaedam et breviter omnis ritus conversandi, maxime cum est delectabilis in modum naturae. Unde et e contra mors quaedam dicitur vita misera. Dicitur etiam vita fides iusti, et etiam ars in artifice, quia est principium artificiatum, dicitur etiam vita quaedam, et plurima alia huiusmodi, et a quolibet modo vitae dicitur res vivere.	85
T 133 ^b		90
	Restat ergo quod vivere sit in re ut actus primus qui est agere. Et cum ille non est nisi ipsum esse, sequitur dictum PHILOSOPHI, quod « <i>vivere in viventibus non sit nisi ipsum eorum esse</i> », non quod vivere sit synonymon cum esse, et omnino idem re et ratione, tunc enim omne ens diceretur vivere. Sed vivere dicit quemdam determinatum modum essendi sub ratione scilicet maioris perfectionis quam importat ratio	95
		100

- essendi simpliciter, et hoc tam in Deo quam in creaturis. Est enim
 105 vivere quoddam esse nobile includens in se rationem esse simpliciter,
 sicut determinatum confusum. Unde licet esse in Deo includat tamquam
 confusum ratione sui nominis omnes divinas | perfectiones, ut habitum K' 168^{va}
 est supra, et infra amplius videbitur, ratio tamen maioris perfectionis
 importatur in Deo nomine 'vivere' | quam nomine 'esse'. Et secundum S' 71^a
 110 rationem nostram intelligendi, etiam in Deo | rationem perfectionis
 cuiusdam vivere addit super esse. Et differunt in Deo vivere et esse I' 118^{vb}
 secundum rationem tantum, in creaturis vero secundum intentionem,
 propter quod in creaturis *Libro de causis* dicitur «esse haberi per
 creationem, vivere vero per ipsius ipsum esse informationem», eo quod
 115 ratio esse prima est. Et ideo oportet eam | in creatura procedere ex
 nihilo nullo praesupposito, vivere autem quasi ex esse educi, licet re Bad. 161^{1D}
 vivere et esse id ipsum sint in eodem. Sic ergo patent duo prima, qualia
 scilicet entia debeant dici viventia, et quid sit vivere.
- Restat ergo tertium, quomodo scilicet | se habeat vita ad vivere.
 120 Nec est in hoc aliqua dubitatio nisi an vita sit | ipsa essentia cui conve-
 nit vivere. Si enim non sit ipsa essentia, sed consequens ipsam, et clarum
 est quod non sequitur post vivere, quia nihil vivit nisi vita, vivere autem
 est esse quoddam, ut dictum est, esse autem immediate sequitur es-
 sentiam ut primus actus in ea, oportebit ergo ponere quod ipsum vivere
 125 sit vita, et e contrario. Quod autem non potest poni vita fore ipsa rei
 essentia, patet sic. Si enim ipsa essentia creaturae ex se essentialiter esset
 vita, cum esse potest absolvi et similiter vivere ab intentione essentiae
 cuiuslibet creaturae, ut est essentia, quia de se, ut alibi determinatum est,
 non est determinata neque ad esse neque ad non esse, tunc substantia
 130 rei ratione qua substantia est secundum se esset vita quaedam absque |
 eo quod ei conveniat esse aut vivere, quod omnino est impossibile. Licet
 enim vivere posset absolvi a vivente, | non tamen a vita, quia secundum
 communem usum loquendi vita nulli attribuitur nisi existenti in effectu,
 et nulli existenti in effectu attribuitur vita nisi eidem attribuaturs vivere.
 135 Quod ergo per essentiam suam est vita, per essentiam suam est in
 effectu, et vivere necesse est, et hoc est solus Deus.
- Absolute ergo dicendum quod vita | est in re vivente et quod
 necesse est ut sit ipsa operatio quae est actus primus, et esse nobile,
 sicut est et ipsum vivere, quemadmodum cursus in corrente non est
 140 aliquid re vel intentione aliud quam ipsum currere, et differunt solum
 secundum rationem, propter diversum modum significandi et intel-
 ligendi, unum per modum habitus, alterum vero per modum agere. Et
 quia omnia argumenta superinducta contraria sunt iam dictis, ideo ad
 singula respondendum est.

Scarp. 409^a

Bad. 161^{1E}

P' 141^{vb}

A 117^{va}

Bad. 161^{1F}

<AD ARGUMENTA>

145

- Bad. 161^g | Quod ergo arguitur primo quod vita est essentia, | quia vivere
 K' 168^b est esse, dicendum quod hoc verum est in Deo, quia in Deo non
 intelligitur essentia tamquam aliquid subiacens ipsi esse, sed tamquam
 quod est ipsum esse, quia essentia Dei est ipsum esse eius differens
 solum ratione ab ipso, quemadmodum cursus et currere, ut habitum est 150
- R' 85^b esse, quia absoluto modo significat et ut agere | quoddam. Secunda
 vero ratio eiusdem conceptus in ipso est essentia sub ratione essentiae,
 quia significat modo absoluto id quod esse, sed sub ratione habitus, et
 principalius Deo attribuitur ratio actus quam habitus, quia nobilior est 155
 secundum PHILOSOPHUM. Tertia vero ratio eiusdem conceptus in Deo
 est vivere sub ratione vivere, quia significat esse sub ratione cuiusdam
 nobilitatis quasi determinatum, et hoc sub ratione actus, et ita quasi
 addat aliquid secundum rationem intelligendi super rationem esse et |
- Scarp. 409^b essentiae. Quarta vero ratio eiusdem conceptus in Deo est vita sub 160
 ratione vitae, quia significat id quod vivere in Deo, sed sub ratione
 habitus, | sicut et essentia id quod est esse. Et post istas quattuor ratio-
 nes sequuntur secundum rationem intelligendi rationes attributorum
 divinorum, et ita verum est in Deo quod vita est essentia, sicut vivere est
 esse. 165
- In creaturis vero hoc non est verum, quia in creatura intelligitur
 essentia tamquam aliquid subiacens ipsi esse quod de se per indiffe-
 rentiam se habet ad esse et non esse in effectum. Immo quod quantum ex
 se est non habet nisi non esse, et ut magis proprie loquamur, ex se non
 habet ullo modo esse. Esse autem habet non nisi ab alio, ita quod natura 170
 prius habet ex se non esse quam esse ab alio, et se habet per indifferen-
 tiam ad esse et non esse, neutrum eorum includens in suo intellectu. Et
 ita sicut in creatura non possum dicere quod essentia sua est ipsum esse,
 nec e converso, immo supra essentiam esse est ei acquisitum, sic non
 possum dicere quod vita eius sit ipsa eius essentia, quia vita eius re est 175
 ipsum vivere eius, et ita ipsum esse eius, ut patet ex dictis, differens
 solum ratione ab ipso vivere, licet differat intentione ab ipso esse, ab
 essentia vero et re quemadmodum respectivum ab absoluto, et etiam
 ratione et intentione, licet nullam rem absolutam addit eidem, ut iam
 dicetur. Et sic in creatura nullo modo est verum dicere quod essentia 180
 eius est vita. Immo si vivit, vita ei acquisita est sicut suum esse.
- P' 142^a Et sic patet quod exemplum | quod aliquando posuimus superius,
 J' 61^b quod in creatura | differunt ens, essentia et esse sicut currens, currere et
 cursus, non omnino importat similitudinem. Licet enim ens in creatura

- 185 est essentia participans esse, sicut currens est substantia participans
 cursum, quo ad hoc quod cursus est extra naturam substantiae et esse
 extra naturam essentiae, licet non quo ad hoc quod cursus est | accidens K' 169^a
 reale absolutum in currente, esse autem non sic, sed solum rationem
 accidentis habet, inquantum essentia creaturae in se quantum est de se
- 190 non includit rationem ipsius esse. Essentia tamen et esse in creatura non
 sic se habent sicut cursus et currere, nisi quo ad hoc quod esse non est
 res aliqua absoluta addita essentiae creaturae qua dicitur esse, et cursus
 est idem re | quod currere. Intentione tamen non differunt omnino T' 133^{va}
 cursus et currere, quia cursus id quod est in natura et essentia sua non
 est nisi actus successivus currendi, sed ratione sola, sicut abstractum et
 concretum. In creatura autem essentia et esse non sola ratione differunt,
 ut habitus et actus, sed etiam intentione, quia essentia id quod est in
 natura sua ex se non est ipsum esse neque participat eo. Unde magis
 competens simile est de eo quod est lucens, lux, lucere, maxime si ipsa
- 200 lux ponatur separata et in | se lucens, et lucere ponatur modus proprius
 | esse lucis et non aliqua operatio accidentalis eius. Scarp. 410^a
 A 117^{vb}
 Ad formam ergo argumenti, quod sicut se habet essentia ad |
 esse, sic vita ad vivere, dicendum quod falsum est in creatura, verum
 autem in Deo, ut visum est. Et ideo commutata proportio ulterior tenet
 in Deo, et verum est conclusum, | non autem in creatura, ut similiter
 visum est. I' 119^b
- 205 | Ad secundum dicendum, cum dicitur «*anima et vita sunt idem*» etc.,
 quod anima non dicitur vita per essentiam, | sed effective solum et
 originaliter et quodammodo formaliter, quia ipsa per suam substantiam
 est causa et origo vitae in animato, secundum PHILOSOPHUM in II° D e
 a n i m a , et quodammodo etiam in sua essentia vitam participat sicut et
 esse, inquantum scilicet est Dei effectus, licet in composito, sed per
 essentiam non est vita. Si enim anima a se et in sua essentia esset vita,
 non posset non vivere neque non esse, sed esset quoddam necesse esse.
- 215 Unde primo in se, sed ab alio habet participationem esse et vivere, quod
 communicat | animato, ut infra videbitur. Bad. 161^{vk}
- Ad tertium, si vita non esset essentia animae, tunc essentia praece-
 deret vitam in vivente et haberet proprias operationes ante vitam,
 dicendum quod ratio essentiae ut essentia est praecedat rationem vitae
 eodem ut vita est, non tempore et in existentia actuali extra, sed con-
 ceptu intellectus, quia ex se non determinatur ad vitam vel non vitam
 sicut neque ad esse vel non esse, ut habitum est supra. Nunc autem
 operatio nulli essentiae convenire potest nisi existenti in re extra, partici-
 pando esse scilicet | existentiae debitum suae naturae, quod in viventi-
 bus est vita. Bad. 161^{vl}
- 220
 225

Ad quartum, quod anima per suam essentiam perficit quod est potentia vita, ergo in se est actu vita, dicendum quod perfectibile ab anima est in potentia ad vitam, sicut est in potentia ad actuale esse, et hoc est tamquam ad aliquid quod compositum | participat perfectum per animam, | ut ipsum est effectus creatoris, vel immediate vel mediate natura, in quantum scilicet ipse dedit naturae quod ipsa potest in talem effectum. Et quod est actus essentialis sic existentis in potentia, non oportet quod sit essentialiter actus respondens illi potentiae, sed illi potentiae qua ordinatur ad compositum perfectibile ab ipsa cui acquiritur esse et animae in ipso, et similiter vivere, sed composito per animam. Est enim anima in composito actus primus substantialis cui primo acquiritur per naturam esse existentiae simplicis, et per ipsam composito et materiae. Ab ipsa enim causaliter et originaliter habet esse ille actus qui est esse sive vivere | aut vita in composito, in se etiam participans quodammodo formaliter esse et vita, etiam ut est in composito, | ut iam patebit.

Ad quintum, si vita non esset substantia animae, separare Deus posset ipsa manente vitam ab ea, dicendum quod differentium quaedam differunt secundum rationem tantum, ut definitio et definitum, et ista nullo modo sunt separabilia, quia idipsum sunt in re et in intellectu indivisibiliter, et talia separari non possunt, nec secundum rem extra nec secundum intellectum, sicut neque idem potest separari a se ipso.

Quaedam vero differunt intentione ut diversae differentiae unius speciei, quae in eodem separari non possunt, quia cadunt in idipsum re, ut vegetativum, sensitivum in bruto, sed quae in diversis possunt separari, secundum quod in plantis est vegetativum sine sensitivo, et in brutis sensitivum sine rationali.

Quaedam vero differunt re, et hoc vel absoluta ex parte utriusque vel relata saltem ex parte alterius. Absoluta, ut quae sunt aliud et aliud in natura, sicut materia et forma; ista Deus posset separare. Re non absoluta sed relata differunt aliqua dupliciter: aut enim relatio fundatur in secundo modo potest separari ab absoluto sicut accidens potest super quod fundatur, ut similitudo per quam habet Sortes respectum ad Platonem ex sua albedine, si fiat niger. Relatio vero primo modo secundum rem inseparabilis est a re ipsa re manente, sicut res ipsa inseparabilis est a se ipsa. Talem autem relationem important esse et vivere circa essentiam entis. Essentia enim entis quae de se secundum conceptum mentis in qua habet rationem diminuti esse est indifferens ad esse et non esse, et ex se habens non esse in existentia, per hoc quod est terminus factionis divinae per se in propria natura sine omni addito reali

P' 142^bK' 169^bBad. 161^{vm}Scarp. 410^bI' 119^{va}

230

235

240

245

250

255

260

265

absoluto habet quod sit creatum quoddam et factum a Deo et existens
 in actu. Si enim hoc diceret aliquid absolutum additum essentiae factae,
 illud esset essentia aliqua facta similiter, et haberet super suam essentiam
 270 additum quod esset aliquid creatum, factum | et existens. Et sic esset ire
 | in infinitum in superadditis absolutis aut stare continget quod essentia
 facta dicitur facta et creata et existens sine omni re alia absolute su-
 peraddita vel communicata qua essentia facta diceretur existens esse sive
 275 ens in actu, ad modum quo paries | dicitur albus per albedinem existen-
 tem in eo. Immo ratio qua dicitur facta vel creata vel ens fundatur in
 ipsa essentia | ratione qua est terminus divinae operationis, quod autem
 non convenit essentiae ex se, neque est aliquid in ea re diversum et
 absolutum, sed solum ex eo quod est terminus operationis cuiusdam.
 280 Terminus autem, in eo quod terminus, rationem respectus cuiusdam |
 importat. Idcirco oportet quod ratio illorum | sit ratio respectus cuius-
 dam essentialis, quia fundatus in ipsa essentia ut facta est ad ipsum
 factorem, ut sic esse existentiae cuiuslibet creaturae non sit nisi esse
 quod est ad aliud se habere.

285 Creatura enim sicut ex se absolute esse non habet, sed ab alio
 tantum, sic nec ipsum conservat nisi ad aliud ut ad factorem quodam-
 modo ut per dependentiam quamdam in essendo ad ipsum se habens a
 quo suum esse recipit et per quem suum esse necesse est conservari. Si
 enim conservationem esse subtraheret vel secundum aliquos ad horam a
 continuo influxu ipsius esse cessaret, statim essentia creaturae in non
 290 esse redigeretur, ad modum quo imago resplendens in speculo ad
 rectam oppositionem obiecti in nihilum cedit obiecto a recta oppo-
 sitione recedente; et ita ad modum esse verorum relativorum, quorum
 esse est ad aliud quodammodo, hoc est per quamdam dependentiam
 essentialem se habere, sic se habet esse creaturae, quia nisi se haberet ad
 295 ipsum | per dependentiam essentialem, ut causatum ad causam, aut
 creatura non habet esse omnino aut si aliquid haberet, illud esset esse
 absolutum omnino independens, non egens causante aut conservante,
 quod impossibile est poni in creatura.

300 Unde tale esse creaturae respectu esse creatoris debile esse est
 valde, quemadmodum esse relationis debile est respectu esse sub-
 stantiae, ut dicamus quod esse creaturae respectu esse creatoris compa-
 ratum vera relatio est realis et essentialis secundum rem fundata in
 essentia rei productae, licet non secundum rationem impositionis
 nominis, ita quod si absolvas a creatura comparisonem ad aliud, sub-
 305 trahis ei omnem rationem entis, et ita si intelligis in creatura esse absolu-
 tum, non intelligis esse creaturae, sed esse Dei circa creaturam, et falso,
 quemadmodum si a vero relativo absolvis comparisonem ad aliud, non

K' 169^{va}

A 118^{ra}

P' 142^{va}

Bad. 161^{vN}

J' 62^{ra}

Scarp. 411^a

Bad. 162^{rN}

- I' 119^{vb} intelligis relativum, sed absolutum. Unde AUGUSTINUS | in originali |
 K' 169^{vb} Super Epistolam ad Galatas, exponens quam debile esse sit
 esse creaturae, dicit super illud Galatorum IV^o: «*Quomodo convertimini* 310
ad infirma et egena elementa»: «*Manifestum est volumina temporum per elementa*
huius mundi, hoc est caelum et terram et motus atque ordinem siderum administrari;
quae infirma appellat ex eo quod infirma et instabili specie variantur; egena vero ex
eo quod egent summa et stabili specie creatoris, ut quomodo sunt esse possint». Et sic
 quodammodo re differunt essentia creaturae et eius esse, quem- 315
 admodum substantia et relatio fundata in essentia substantiae, licet |
 P' 142^{vb} huiusmodi differentia respectu differentiae duorum absolutorum sit in
 ratione tantum. Propter quod nullo modo separari potest ab ipsa quo-
 cumque agente ipsa manente, quia non manet nisi factio et conservatio
 factionis sint in ipsa. Aliter enim mutaret esse respectivum in esse 320
 absolutum.
- Scarp. 411^b Et sic patet quod Deus essentiam | creaturae separare non potest
 ab esse seorsum utrumque ponendo vel alterum. Sed hoc non est
 propter aliquam impotentiam sed propter rei impossibilitatem, sicut non
 potest facere quod contradictoria concurrant. Non tamen propter insepa- 325
 rabilitatem huiusmodi esse et essentiae sequitur quod possit dici quod
 ipsa essentia sit suum esse aut e converso, quamvis comparatum illud
 esse ad essentiam incidit omnino in ipsam, nec est aliud re omnino ab
 ipsa. Quantumcumque tamen in substantiam incidit et trahatur ad
 rationem absoluti, numquam potest dici praedicatione formali unum 330
 eorum de altero, quia etsi non differunt re, differunt tamen intentione,
 non sola ratione, quae bene praedicationem huiusmodi impedit. Propter
 quod etiam in eodem possunt ab invicem separari secundum intel-
 lectum, etsi non secundum rem.
- Bad. 162^o Unde | et dico differre intentione quaecumque de se formant 335
 diversos conceptus quorum unus non includit omnino alterum, qui non
 sunt nisi eorum quae in diversis sunt diversa re, etsi in eodem sunt
 idipsum re. Quaecumque enim huiusmodi sunt, unum eorum contingit
 intelligi sine altero. Quaecumque vero non sunt huiusmodi, ut in Deo |
 A 118^{vb} esse et vivere, substantia et relatio, unum eorum non contingit intelligi 340
 esse in aliquo sine altero, nec e converso. Non est enim esse Dei nisi sit
 vivere, nec divina essentia nisi sub relatione in aliqua persona, nec e
 converso, et ideo talia ad invicem comparata sola ratione differunt.
- Cum autem de eis quae sunt idem re in eodem et in diversis
 diversa re diversi conceptus formantur, hoc contingit dupliciter. Diversa 345
 enim re in diversis aut sunt diversa ut res extra intellectum existentes aut
 sunt diversa ut res existens in intellectu primo et deinde in re extra. Hoc
 secundo modo contingit dupliciter, quia huiusmodi differentia aut est

350 duorum omnino absolutorum aut ulterius | respectivi fundati super
 absolutum. Hoc secundo modo differunt in eodem essentia et esse eius
 actuale. Primo modo quidditas quaelibet in creaturis differt intentione a
 re participante eam, ut humanitas, quae ut imparticipata est in solo
 intellectu, et res participans ea existens extra ut homo. In qua sunt idem
 355 re faciunt tamen compositionem aliquam, ut videbitur infra. Similiter
 isto modo intentiones secundae, ut sunt genus, species, differentia,
 differunt a rebus primarum intentionum, quae sunt animal, homo,
 rationale.

Si vero diversa intentione sunt diversa re in diversis | extra intel-
 lectum, eorum conceptus diversi aut sunt omnino diversi aut tantum
 360 sunt diversi in parte, ita quod aliquid conceptus unius includitur in
 conceptu altero. | Primo modo diversae differentiae quae | coincidunt
 in unam | et eandem formam simplicem speciei, secundum negantes
 gradus formarum. Cum enim intellectus eas separat, diversos conceptus
 365 format de eis, ut sunt in bruto vegetabile et sensibile, quae re sunt
 idipsum, ut essentia animae bruti, et super illam eandem rem fundantur
 illi diversi conceptus, et ideo diversi, quia licet sensibile et vegetabile in
 bruto eodem res eadem sunt, conceptus tamen de se non formant
 ratione qua sunt res illa eadem in forma speciei. Hunc enim conceptum
 370 format de se species ipsa per intentionem illam qua est species, sed
 formant de se conceptus ratione qua sunt differentiae diversae constitu-
 tivae formae speciei ut species est, et ita ratione qua sunt diversae inten-
 tiones inter se. Propter quod neutra illarum praedicatur de altera inquan-
 tum sunt differentiae. Et quemadmodum diversae differentiae formant
 inter se et de se conceptus diversos intentione, similiter et quaelibet
 375 earum format de se conceptionem differentem intentione a conceptu
 quem de | se format genus. Propter quod nec genus praedicatur de
 differentia nec e converso, nisi in relatione suppositi. Si vero sint diversi
 conceptus in parte, tunc conceptus unus omnino includit alium et non e
 converso. Sed hoc contingit dupliciter: aut enim unus includit alterum,
 380 aliquid amplius illi | superaddendo, aut unus includit alterum praecise,
 sub gradu tamen nobiliori ipsum exprimendo. Primo modo differt
 conceptus speciei a conceptu generis et similiter a conceptu differentiae,
 et ideo differunt intentione. Secundo modo intentione differt conceptus
 esse simpliciter a conceptu eius quod est vivere, quia vivere in re vivente
 385 super conceptum ipsius esse nihil amplius continet in suo conceptu, sed
 praecise exprimit conceptum esse illius, ut scilicet in tali gradu ita quod
 determinatio huius gradus non constituitur in ipso vivere per aliquid
 superadditum ipsi esse in illa re, quemadmodum constituitur species per
 additionem differentiae super genus, sed ipsum esse simpliciter ut est in

K' 170^a

Bad. 162^{rE}

Scarp. 412^a
 P' 143^{rA}
 I' 120^{rA}

J' 62^{rb}

Bad. 162^{vE}

	tali natura sive essentia perfecte est ipsum vivere eius. Conceptus tamen	390
K' 170 ^b	esse simpliciter non exprimit gradum illum quem exprimit vivere,	
T' 134 ^a	propter quod conceptus esse includitur in conceptu vivere et non e	
	converso. Propter quod differunt intentione.	
	Dico autem differre ratione sola quaecumque eadem re sunt et	
	formant eundem conceptum, sed modo diverso, ut sunt definitio et	395
	definitum. Definitum enim de intentione speciei format conceptum	
	confusum et compositum. Definitio vero format conceptum eiusdem	
Scarp. 412 ^b	determinatum et distinctum per partes. Definitum <i>«enim significat totum</i>	
S' 72 ^a	<i>quiddam et indefinitum, ut circulus; definitio autem ipsius dividitur in singula-</i>	400
	<i>ria»</i> et in partes compositi, ut dicitur in principio <i>Physicæ</i> . Et	
	propter hoc idem omnia attributa in Deo sola ratione differunt, ut infra	
	videbitur.	
	Secundum hoc ergo dico quod essentia creaturae et esse eius	
	comparatum ad ipsam, quantumcumque incidit in ipsam essentiam,	
	intentione tamen differt ab illa, quia conceptus quem format de se	405
	essentia ut essentia est nihil omnino includit de ratione esse, et ideo	
	formaliter et abstractive unum eorum de altero non potest praedicari,	
Bad. 162 ^{vQ}	sed concrete dicitur quod essentia est ens, et oblique quod esse est	
P' 143 ^b	essentiae.	
	Ad sextum, quod vivere non est nisi a vita, et est ab anima, ergo	410
A 118 ^{va}	ipsa est vita, dicendum quod vivere est ab anima effective et formaliter	
	quodammodo, ut iam dictum. A vita autem est vivere tamquam a	
	dispositione formali ipsius actus, quemadmodum florere in arbore est a	
	floritione. Unde differt dicere vivere vita et vivere anima, quem-	
	admodum differt dicere currere cursu et currere pedibus. Unde quia 'a'	415
I' 120 ^b	vel 'ab' magis notat circumstanciam causae efficientis quam formalis,	
Bad. 162 ^{vR}	non proprie dicitur quod vivere est a vita, sed vita, sicut non proprie	
	dicitur quod currere est a cursu, sed cursu.	
	Ad septimum, quod vivens et non vivens differunt essentialiter	
	etc., dicendum quod re vera in diversis simul et secundum se subsisten-	420
	tibus essentialiter differunt, et hoc non tam eo quod est vita et eius	
	carentia quam ipsa rerum essentia et natura. Accidentaliter enim diffe-	
	rentia est specierum diversorum entium, ut lapidis, plantae et animalis,	
	ex diverso modo essendi ipsas in sua existentia. Differunt enim essentia-	
	liter ex gradu naturae et essentiae suae qua sunt id quod sunt secundum	425
	se absque omni consideratione esse vel non esse in effectum. Secundum	
	gradus enim essentiarum secundum se consideratarum nati sunt partici-	
	pari diversi gradus in esse existentiae, cum fiunt effectus creatoris vel	
K' 170 ^{va}	immediate vel mediate opere naturae. In hoc enim nulla est differen-	
	tia, et secundum hoc quorundam esse est esse simpliciter et non vivere,	430

- 435 quorumdam est esse quod est vivere, et hoc diversimode secundum
diversos gradus vitae, ut in sequenti quaestione dicitur. Quod ergo
vivens et non vivens differunt essentialiter, hoc est per se et per essen-
tias ipsorum, secundum quod sunt essentiae, et hoc formaliter et per
vitam et eius carentiam tamquam per illa quae ipsas essentias con-
sequuntur in quantum sunt effectus creatoris, ut dictum est. Et sic non
oportet quod vita ex hoc dicatur ipsa essentia. Immo quia essentiae
in quantum essentia est accidit esse in effectum, non quia esse res sit
absoluta essentiae addita, sicut est dispositio | in albo et nigro, sed quia
440 advenit ei tamquam id quod est extra eius intentionem, quemadmodum
AVICENNA largo nomine omne tale 'accidens' appellat. Et secundum
hoc dici posset quod vivens et non vivens in quantum huiusmodi
differunt non essentialiter, sed accidentaliter quodammodo, sicut asinus
albus | et ursus niger, sed hiis differentiis subsunt aliae essentiales.
- 445 Ad octavum, quod vivere non est esse, quia tunc omne ens esset
vivens, dicendum quod 'vivere' non dicitur 'esse' quia sit synonymum
cum ipso ut vivere intelligatur quoddam esse acceptum in sua generali-
tate. Tunc enim sequeretur quod omne ens esset vivens. Sed 'vivere'
dicitur ipsum esse eo quod id quod est vivere in vivente non est nisi
450 ipsum esse quod est proprium illi in determinato gradu iuxta gradum
suae essentiae, et ex hoc non sequitur omne ens vivere, sed solum illud
ens quod est in tali gradu esse. Vivere enim est esse quoddam determi-
natum quasi per differentiam ad modum speciei in qua genus determi-
natur per differentiam, | et sic differunt vivere et esse intentione
455 quodammodo, quemadmodum species et genus.
- Ad nonum, quod esse primo convenit supposito | et vita non, sed
animae, et similiter ad decimum, quod in Christo corruptum est vivere
hominis, sed non esse, quia illud est solius suppositi, et sic non sunt
idem vivere et esse, ista duo argumenta fuerunt inducta propter hoc
460 quod aliquando in quadam Quaestione de quolibet, «Utrum»
scilicet «in Christo sunt plura esse», distinxi duplex esse, scilicet esse
essentiae, secundum duas naturas in ipso. Nunc autem ad solutionem
harum rationum et ad maiorem declarationem illorum quae ibi aliquan-
tulum obscure dicta sunt, hic distinguendum est esse amplius quam ibi
465 distinctum est, dicendum quod esse duplex est, ut ibi dictum est, scilicet
essentiae et | existentiae.
- Esse essentiae proprie loquendo est dispositio rei in se ipsa qua
est id quod est, et nihil aliud a se, per indifferentiam se habens ad
quodcumque aliud sibi attribuendum, quod expresse declaratum est in
470 quadam alia Quaestione de quolibet, «Utrum» scilicet «sit
ponere aliquam essentiam per indifferentiam | se habentem ad esse et

Scarp. 413^a

Bad. 162^v^s

Bad. 162^v^T

P' 143^{va}

K' 170^{vb}

Bad. 163^r^T

	non esse». Esse vero existentiae est esse in effectu acquisitum essentiae, et hoc duplex est secundum PHILOSOPHUM in VI ^o Metaphysicae. Unum quod dicitur esse rei diminutum, ut est rei esse in conceptu mentis seu in anima, absque eo quod sit extra animam ens, ut	475
A 118 ^{ab}	ibidem COMMENTATOR, alterum vero quod dicitur esse rei verum, ut est esse existentiae in re extra animam, et hoc est duplex. Quoddam enim est esse existentiae simpliciter dictum, quod est esse rei extra animam, sed in alio, ut sunt esse materiae et formae in composito.	
R' 86 ^b	Quoddam vero est esse subsistentiae quod est esse suppositi rei in se subsistentis. Et praeter istum modum, quem ibi appellavi esse	480
S' 72 ^b	existentiae, quia non est perfecta existentia nisi in perfecta actualitate subsistentiae suppositi, omnes modos essendi praecedentes comprehendimus in praedicta Quaestione de quolibet sub esse essentiae, appellando esse essentiae omne esse quod convenit naturae rei absque	485
Scarp. 413 ^b	eo quod in se subsistat, habendo scilicet secundum se esse perfectum subsistentiae actualis.	
T' 134 ^{ab}	Materia enim et forma in rebus creatis materialibus et compositis ex eis plenam actualitatem existentiae non habent, quia ut partes unitae existunt in toto, et pars in toto in quantum huiusmodi potentia habet esse non in actu, similiter et totum compositum ex eis nisi in se subsistat, non in alio, perfectam rationem existentis in actu non habet. Per hoc enim habet suppositum esse distinctum et separatum a quolibet alio, et sic habet perfecte esse in actu et perfectam actualitatem existentiae suae, quae dicitur esse subsistentiae, quae subsistentia formaliter	490
Bad. 163 ^v	convenit primo et per se supposito, et non formae neque materiae convenit nisi per hoc quod sunt in supposito, sed tamen non convenit composito nisi per formam effective. Forma enim, quia est tamquam essentia perfectior habens esse existentiae, perfectius quam materia illud	495
J' 62 ^{va}	habet primo et per se sibi communicatum, et secundo communicat ipsum composito suo, et tertio in composito communicat ipsum materiae, tamquam actus et perfectio utriusque. Et est unum et idem esse ut est suppositi et formae et materiae per formam, differens sola	500
I' 120 ^{va}	ratione. Cumque huiusmodi forma nobilis sit in gradu nobilitatis essentiae determinato alias excedens, tunc esse simplicis existentiae nobile sequitur rationem huiusmodi essentiae nobilis, et tunc esse huiusmodi est vivere quoddam quo ipsa forma primo participat, et ipsum communicat composito et supposito et materiae in ipso, ut	505
P' 143 ^{vb}	propter vivere formae quod est eius esse illa dicantur vivere et esse, ita tamen quod vivere et esse huiusmodi, in quantum sunt a forma in supposito, dicuntur esse et vivere actualis subsistentiae quae solius suppositi per se sunt et primo, et non formae vel compositi aut mate-	510
K' 171 ^{ra}		

515 riae, nisi ut subsistunt in supposito. Unde esse et vivere tale in uno non
est nisi unum quod est principaliter suppositi, et secundo existens
in supposito. Esse autem simplicis existens duplex est. Unum mate-
riae, quod est potentiale, alterum formae, quod est actuale.

520 Per iam narrata apparet statim responsio ad illud quod dicitur,
quod in anima est vita primo. Hoc enim verum est, quia in ipsa primo
est esse simplicis existens, quo suppositum est natum subsistere in
actu perfecto, et ita similiter | vita respondens illi esse quod habet
anima formaliter sibi participatum in reali existens suae essentiae. Et
cum assumitur quod non est esse nisi suppositi, illud verum est solum-
modo de perfecto esse in perfecta actuali existens, quae non est per se
525 nisi suppositi, et per ipsum eorum quae continentur sub ratione suppo-
siti. Et sic vita quae animae inest primo non est nisi ipsum esse existen-
siae eius simplicis, quae vero inest ipsi supposito primo est esse sub-
sistentiae, quamvis idem sunt re. Et sic patet quod non sequitur quod sit
existens ipsius.

530 Per hoc patet ad aliud responsio in parte, dicendo quod cum in
Christo sit duplex natura unita, divina | scilicet et humana, in unitate
suppositi, secundum duplicem naturam est in eo duplex esse existens,
quod in praenominata Quaestione de quolibet appellavimus
'esse essentiae', et unicum 'esse subsistentiae', quod non convenit
naturis in quantum huiusmodi, nisi ratione qua habent esse in supposito.
535 Quod quidem esse subsistentiae suppositi Christi, licet sit ad aliud esse,
nihil enim forte in Deo subsistit nisi ut ad aliquid, non ut absolutum
quid, tamen esse existens quod est absolutum formae sive essentiae
divinae in Christo, ipsa essentia divina tamquam principalis et formalis
et actualis in ipso illi supposito communicat sub ratione subsistentiae ut
540 sit divinum suppositum, et in ipso supposito idem esse subsistentiae
communicat ipsi naturae humanae, ut Christus et sit et dicatur vere
homo divinus. Istud autem esse ut est communicatum supposito dicitur
in ipso esse subsistentiae, | quod in quantum huiusmodi primo et per se
convenit soli supposito, et secundo naturis existentibus in eo. Et fit
545 istius esse communicatio in Christo supposito et humanae naturae a
natura divina quodammodo, quemadmodum forma naturalis in compo-
sito esse existens suae communicat composito sub ratione subsisten-
siae, quod quidem esse subsistentiae etiam sub ratione subsistentiae ab
ipso supposito communicatur formae ut | existit in supposito, et simili-
550 ter materiae.

Unde dicitur in S y m b o l o : «*Sicut anima rationalis et caro unus est
homo, ita Deus et homo unus est Christus*». Nec est planior | similitudo
unionis diversarum naturarum in Christo sub unitate personae quam sit

Scarp. 414^a

Bad. 163^{ix}

A 119^a

P' 144^a

K' 171^{ib}

	diversarum naturarum in homine, quae tamen in hoc deficit quod deitas	
S' 72 ^{va}	verbi humanae naturae in Christo coniuncta non est sub ratione	555
	informantis, est tamen ei coniuncta modo excellentiori ineffabilis unio-	
	nis, quantum simplicitas divinae essentiae plus penetrat intima creaturae	
	quam quaecumque forma naturalis subintrat materiam. Nec etiam est	
	diversitas hinc inde in communicando ipsum esse, ut dictum est, nisi	
	quod forma naturalis communicando suum esse composito distinguit	560
Scarp. 414 ^b	ipsum ab alio, et ita dat ei esse subsistentiae constituendo ipsum	
	suppositum. Forma vero quae est essentia divina communicando suum	
	esse supposito non distinguit ipsum ab alio, neque constituit, quia	
R' 86 ^{va}	ipsa eadem communis est tribus suppositis. Suppositum enim non	
Bad. 163 ^{va}	distinguit neque constituit in divinis nisi relativa proprietas includens	565
I' 120 ^{vb}	sub se rationem essentiae, et illi supposito sic constituto essentia ipsa	
	communicat suum esse existentiae, quod ut est in ipso supposito debet	
	dici esse subsistentiae.	
	Unde cum esse nobile divini suppositi non sit nisi vivere nobile,	
	sicut tale esse subsistentiae in supposito Christi super duas naturas non	570
	est nisi unicum, sic et vivere subsistentiae in eodem non est nisi unicum.	
	Sicut tamen esse existentiae in Christo duplex est, secundum quod	
	duplex natura in ipso existit, secundum hoc etiam duplex est vivere in	
T' 134 ^{va}	ipso. Esse enim talium naturarum nobilium in Christo quales sunt	575
	divina et humana non est nisi nobile esse, et ita non est nisi vivere, ut	
	patet ex supra determinatis. Et hoc contingit in supposito Christi super	
	duas naturas, quemadmodum in homine super animam et corpus. In	
	homine enim vivere et esse actualis subsistentiae est unum et idem	
Bad. 163 ^{vy}	composito et animae et corpori, quae tamen in composito habent	580
	diversa esse existentiae simplicis secundum diversitatem naturarum	
	suarum.	
	Descendendo igitur ad solutionem argumenti, dico quod in	
	Christo per mortem eius in separatione animae eius a corpore suo esse	
	existentiae quod habuit ab anima compositum illud ex corpore et anima	
	et similiter ipsum corpus existens in composito, illud inquantum esse	585
	corruptum erat in ipsa morte Christi, similiter et vivere respondens tali	
	esse. Propter quod et illud corpus vere erat mortuum, nec Christus erat	
	homo vivus in triduo mortis, sed homo mortuus. Remansit tamen esse	
	subsistentiae suppositi in Christo penitus incorruptum et immutatum.	
	Corruptum tamen potuit dici quodammodo, inquantum scilicet erat	590
	communicatum illi composito ex corpore et anima, quia cum in morte	
	Christi desinebat esse compositum, desinebat ei communicari esse	
	suppositi, quia nihil recipit alicuius esse subsistentiae nisi in rerum	
K' 171 ^{va}	natura existat. Et hoc dicimus de esse subsistentiae suppositi Christi	

- 595 circa humanam naturam in ipso, quemadmodum dicimus Spiritum
Sanctum in nobis deficere et proficere in quantum nobis communicatur,
licet in se | nec deficiat nec proficiat. P' 144^{rb}
- Unde cum assumitur in argumento quod in | Christo per mortem
corruptum est vivere sive vita hominis, non autem esse, falsum est. J' 62^{vb}
- 600 Eodem enim cursu currunt esse et vivere sibi respondens, ut dictum est.
Sed ipse in argumento suo solummodo loquebatur de esse subsistentiae
suppositi et de vita quam habuit Christus | ut homo ab anima, tamquam
non esset aliud esse in Christo, cuius contrarium determinavimus in
praedicta Quaestione de quolibet, et tamquam non esset alia
605 vita in ipso quam vita hominis ab anima, | cuius contrarium est iam
declaratum, et in hoc etiam falsum supposebat, ut patet ex dictis. Scarp. 415^a
- Ad undecimum, quod vita est motus, quia vivere est moveri,
dicendum quod quia vivere dicit esse in determinato gradu vel modo
essendi, ut dictum est, hinc oportet scire quod ad hoc quod esse deter-
minetur ad gradum vel modum in quo mereatur dici vivere debet esse in
610 tali natura quae sit principium agendi et operandi aliquid ex se ipsa in se
ipsa, et non quasi ab alio mota. Talis enim natura solummodo vivere
habet, ut dictum est supra et amplius dicitur infra. Nec tamen, ut
dictum est, illa actio vel operatio est ipsa vita aut ipsum vivere, sed per
615 ipsam manifestatur quod talis natura vivat et habeat | in se vitam, ut
dictum est, et hoc vel aperte, si huiusmodi operatio sit aperta, ut in
animalibus, vel occulte, si huiusmodi operatio sit occulta, ut in plantis,
ut dicitur in Libro de plantis. Unde et mortuum dicitur unum-
quodque manifeste in eis quae propriam habent operationem mani-
620 festam, et immanifeste in eis quae habent propriam operationem, sed
latentem, ut dicitur in fine IVⁱ Metaphysicae. Et sic vivere | non
dicitur esse moveri nisi quia in moveri quocumque modo actionis vel
operationis manifestatur vivere id | quod ex se movetur, nisi forte
communissime appellemus motum vel moveri in re quicquid se habet
625 per modum agere vel fieri circa rem. Sic enim vivere moveri quoddam-
modo est, et motus vita, maxime secundum opinionem dicentium quod
esse et vivere sunt actus continui in continuo fieri et fluxu a primo ente
et primo vivente, ita quod si ad momentum influxum huiusmodi non
continuet, non dico solum | non conservet, iam in fluxu nihil remanebit
630 ens vel vivens. Unde XVIII^a propositio De causis, quae dicit in
prima clausula: «*Omnes res entia sunt propter ens primum*», | si sequens
clausula omnino responderet primae, ubi dicit: «*Et res vivae omnes sunt
motae per essentiam suam propter vitam primam*», deberet dicere: 'et res vivae
omnes sunt viventes per essentiam suam propter vitam primam'. Sed
635 illo modo loquitur quasi vita sit motus quidam a primo. Unde dicit ibi
S' 72^{vb}
- K' 171^{vb}
- I' 121^{ra}
- Scarp. 415^b

COMMENTATOR: «Prima vita dat causatis suis motum, quoniam vita est processio procedens ex ente primo quieto et primus motus».

Ad duodecesimum, quod PHILOSOPHUS dicit quod vita est motus, respondendum est per idem.

<QUAESTIO 2

UTRUM DEO CONVENIAT VITA>

- Bad. 163^{va} | Circa secundum arguitur quod vita non sit attribuenda | Deo.
 Scarp. 416^a Primo sic. Nihil vivit nisi habens principium motus manentis in se
 P' 144^{va} ipso. Unde non viventia quae apparent in se habere principia sui motus 5
 quodammodo dicuntur viva, ut aqua viva, argentum vivum, et e con-
 verso habentia in se vitam in rei veritate, quia tamen non percipiuntur
 sensu ex se moveri, a multis putantur esse non viva, ut plantae. Sed
 Deus non habet in se principium motus manentis in se ipso, quia est
 Bad. 164^{ra} omnino immutabilis, ut infra dicitur. Ergo etc. | 10
 Secundo sic. Deo non convenit aliquid determinatum esse, quia
 est esse purum, ut habitum est supra. Vita seu vivere est quoddam
 determinatum esse, quia vivere est determinatus modus essendi, ut
 habitum est. Ergo etc.
 In contrarium est illud Deuteronomii XXXII^o, ubi ipse dicit: 15
 «Vivo ego in aeternum».

<SOLUTIO>

- Bad. 164^{rb} | Dicendum ad hoc, cum secundum iam determinata vivere
 dicantur viventia ex eo quod sunt in tali esse quod habeant vim agendi
 R' 86^{vb} aliquid in | se ipsa et ex se ipsis, quanto igitur hoc perfectius alicui 20
 convenit, tanto perfectius dicendum est vivere et perfectior vita ei
 inesse. Tanto autem perfectius habet vim agendi et operandi ex se ipso
 et in se ipso, quanto vim agendi habet minus dependentem ab alio,
 tamquam a movente primo qui movet aut sicut finis motus aut sicut
 impellens in motum. Agens ergo non dependens omnino a tali motore, 25
 neque ut a fine, neque ut ab impellente, maxime debet | dici vivere. Et
 T' 134^{vb} post talem agentem ille qui dependet ut a fine, libere tamen sine ulla
 necessitate impellente movet ex se in finem, magis dicitur vivere illo qui
 non libere sed sola necessitate impellente fertur in finem. Et generaliter
 quanto minori impulsu et quanto magis libere agens feratur in finem, 30

tanto magis dicetur vivere et verius, et minus, quanto maiori impulsu |
et minus libere agit.

K' 172^{ra}Bad. 164^{rc}

Ad cuius intellectum circa vivere in creaturis, ut per hoc | magis
eluceat nobis vivere in Deo, sciendum quod in creaturis quaedam sunt
35 quae habent vim agendi et movendi in se ipsis se ipsa ad aliquem finem
sine omni apprehensione finis, sed per solum impulsu primi moventis,
et propriae formae inclinationem motum | exequitur, si non fuerit
prohibens extra, quibus sicut determinatur a natura forma qua agunt,
similiter et finis ad quem agunt. Et talia sunt in duplici genere. Quaedam
40 enim eorum in se ipsis habent vim movendi ex se ipsis, sed per acci-
dens, quemadmodum gravia et levia, cum sunt extra sua loca naturalia,
ut determinat PHILOSOPHUS in VIII^o P h y s i c a e, sed in loco proprio |
naturali carent principio motivo. Et ideo omnia talia sunt inanimata, et
dicuntur non viventia, ut patet ex | praecedenti quaestione.

Scarp. 416^bI' 121^{rb}A 119^{va}

45 Quaedam vero in se ipsis habent vim movendi ex se et per se ipsa,
et | talia sunt plantae, quae a principio intra movent se ipsas attractione
alimenti, nutritione, augmento et diminutione. Et ideo dicit PHILOSO-
PHUS in L i b r o d e p l a n t i s: «*Planta non est de hiis quae carent vita, quia*
in illa est aliqua pars animae». Et est in eis infimus gradus vitae, secundum
50 quod de eis dicit DIONYSIUS cap.° VI° D e d i v i n i s n o m i n i b u s:
«*Secundum novissimam consonantiam vitae habent vivere*».

P' 144^{vb}

Alia sunt quae in se ipsis habent vim movendi se ex se et per se,
sed cum impulsu primi agentis et formae propriae et cum apprehen-
sione finis et appetitu concupiscentiae ad prosequendum vel timoris ad
55 fugiendum, finem enim talibus non tam determinat natura quam ap-
prehensio sensus. Talia sunt bruta animalia, quae habent in se secundum
gradum vitae, quem etiam habent secundum diversos gradus, secundum
quod quaedam habent perfectiorem sensum et magis proximum
intellectui, quaedam vero imperfectiorem et magis elongatum. Quanto
60 enim perfectiorem habent sensum, tanto perfectius movent se et |
habent superiorem gradum vitae, et tanto inferiorem quanto se movent
minus perfecte.

J' 63^{ra}

Unde et quaedam eorum modicum excedunt vitam plantae, et
sunt | quasi media inter plantam et animalia, naturam utriusque partici-
pantia, | ut conchylia, secundum quod dicit PHILOSOPHUS in L i b r o
65 d e p l a n t i s: «*Scimus quod conchylia sunt animalia*», «*suntque plantae et*
animalia». Et ideo dicitur in II^o D e a n i m a quod sunt animalia
imperfecta, solum tactum et gustum habentia, et movent se tantum
motu nutrimenti et motu dilatationis et constrictionis ad praesentiam
70 obiecti sibi coniuncti, quod habent de natura animalium. Fixa autem

Bad. 164rdS' 73^{ra}

sunt in loco suo carentia omnino motu progressivo, quod habent ex natura plantae.

- K' 172^b
Scarp. 417^a Alia vero sunt moventia se ad obiectum per concupiscentiam vel ab ipso per fugam, | et hoc motu locali progressivo, quae sunt apprehendentia | suum obiectum a remotis, visu scilicet vel auditu vel odoratu, quibus inest superior gradus vitae, sed imperfectus, quia post apprehensionem non libere, sed impetu et impulsu quodam naturae moventur ab obiecto vel ad obiectum. Unde secundum DAMASCENUM «*magis aguntur quam agunt*». 75
- In homine autem est adhuc superior et perfectior gradus vitae, quia habet principium movendi se a se ipso absque omni impulsu agentis et formae naturalis, sed libere ex sola apprehensione rationis et intellectus determinantis finem, sed per discursum et deductionem, non per simplicem apprehensionem, quemadmodum determinatur in angelo seu intelligentia. Propter quod expeditiora sunt intellectualia quam rationalia, ut per liberam electionem moveant se ad finem vel a fine. 80 85
- Et ideo licet omnia liberum arbitrium habentia gradum vitae habent eminentem super bruta animalia, | intellectualia tamen habent gradum vitae eminentem | super vitam rationalium, in quibus licet post apprehensionem primum movens ex se et per se sine omni alio impulsu sit liberi arbitrii, ipsum tamen non movet sine apprehensione alterius a se, quod movet intelligentiam sub ratione veri et ad quod movetur appetitus sub ratione boni. Et sic absolute absque omni impulsu ab eo vel in illud quod est extra se non habet in se principium movendi se aliqua natura rationalis aut intellectualis creata, quantumcumque fuerit elevata. Etsi enim angelus se ipsum intelligit, habet tamen respectu sui ipsius rationem impellentis et educentis intelligens de potentia in actum. Et ideo non habet in se supremum gradum vitae, quia nec omnino liberum principium movendi se ex se absque omni forma exterius quae impellit cognitivam aut | ad quam se | impellit affectiva. 90 95 100
- R' 87^a
Bad. 164^{vE} Immo cum omne quod movetur ab alio aut per aliud necesse est reduci ad aliquid | quod movetur ex se et per se omnino, secundum artem PHILOSOPHI in VIII^o Physicae, ideo super omnem vitam naturae quae non movetur nisi quodammodo vel ab alio vel ad aliud naturaliter impulsa necesse est ponere vitam superiorem in natura aliqua, cuius est omnino libertas movendi se ex se et per se absque adminiculo omni cuiuscumque alterius naturae, cuiusmodi non est nisi vita Dei, qui non intelligit per formam alicuius veri aliam quam sit illa quae ipse est, neque vult aliud bonum quam quod ipse est. Qui quia ipse est principium, non dico habet principium, quod movet se libere 105 110
- K' 172^{va} omnino absque omni impulsu alterius | ex se et per se, large accipiendo

motum pro omni actione aut operatione, ipse debet dici vivere summo gradu vitae, a qua est omnis alia vita, quia ipse non est | nisi vita quae est sua essentia.

Scarp. 417^b

115 Et omnis alia vita ab ipso participata | est in essentia creaturae, quia ex se non est vita, sed vivens per vitam, ut patet ex praecedenti quaestione. Unde dicit DIONYSIUS cap.° VI° De divinis nominibus: «*Plus quam vita et vitarum principalis vita et omnis vitae causa est*», «*et ut non indigens, magis autem plus quam*» «*vita per se ipsam vivens, et super omnem vitam vivificans et plus vivens*». Unde et PHILOSOPHUS ex conditione actionis eius intellectualis concludit nobilitatem vitae eius, cum dicit in XII° Metaphysicae: «*Est vita quia actio intelligens est vita, et est intelligens per se, et habet vitam nobilem et semper aeternam*». Et in I° cap.° et in III° dicit: «*Est fixum, non mutatum neque recipit impressiones*». Vita ergo 125 est sempiterna in | saecula saeculorum, quia neque finitur neque deficit, et est melior vita.

T^r 135^aBad. 164^{vF}

Absolute ergo dicendum quod Deo principalissime attribuenda est vita, large sumendo nomen attributi. Attributa enim sunt quasi proprietates essentiae ratione differentes ab ipsa, ut infra videbitur. Vita autem 130 non solum est ipsa essentia re, sicut sunt alia attributa. Immo ratio vitae est ratio essentiae, et ratio vivere est ratio ipsius esse quodammodo, ut patet ex quaestione praecedenti.

<AD ARGUMENTA>

| Ad primum in oppositum, quod Deus est immutabilis et ideo non habet in se principium motus, dicendum quod secundum quod dictum est, motus ibi accipitur large, extendendo nomen | motus ad actionem sive operationem etiam spiritualem quam agit res quaecumque in se ipsa, sicut accepit motum PLATO, cum dixit animam se ipsam movere. Sic enim velle et intelligere quocumque modo fiant motus quidam | dicuntur, et tali motu Deus sine mutatione sua movetur.

Bad. 164^{vG}P^r 145^b

140 Ad secundum, quod vivere est determinatum esse, quod repugnat Deo, dicendum quod determinatio determinativa alicuius in Deo alia re vel intentione ab ipso determinabili non convenit Deo, quia aliquam compositionem poneret in ipso. Bene tamen convenit ei determinatio importans rationem perfectionis differens sola ratione ab ipso determinabili. Tali enim modo omnia divina attributa determinationes sunt divinae essentiae, ut patebit infra loquendo de comparatione divinatorum attributorum inter se et ad ipsam divinam essentiam.

Bad. 164^{vH}